

eul_wid: sie-aa

Δωσίθεος ὁ γραμματικός · Dositheus the Grammarian

Grammatical Art

Γραμματικὴ Τέχνη

Period: Ὀψιμαρχία [Late Antique](#)
Dialect: Κοινὴ τεχνικὴ [Technical Koine](#)
Domain: Γραμματικὴ [Grammar](#)
Format: Πραγματεία [Treatise](#)

¹ Τέχνη γραμματικὴ ἐστὶν γνῶσις διωρθωμένης ὁμιλίας ἐν τῷ λέγειν καὶ ἐν τῷ γράφειν ποιημάτων τε καὶ ἀναγνώσεως ἔμπειρος διδασκαλία. γραμματικὸς ἐστὶν ὃς ἐνὸς ἐκάστου πράγματος τὴν δύναμιν καὶ τὴν κυριότητα δύναται σαφηνίσαι τῇ λαλιᾷ. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς ἡ τάξις συνέστηκεν μέρεσιν τέτρασιν, ἀναγνώσει διορθώσει ἐξηγήσει κρίσει. ἀνάγνωσις ἐστὶν ποικίλη ἐκάστης γραφῆς ἐκφώνησις δουλεύουσα τῷ ἀξιώματι τῶν προσώπων καὶ ἐκτυποῦσα τὸ σχῆμα τῆς ἐκάστου ψυχῆς. διόρθωσις ἐστὶν ἐπανόρθωσις τῶν πλανῶν τῶν διὰ γραφῆς ἢ λέξεως γεναμένων. ἐξήγησις ἐστὶν ἀσαφῶν διανοιῶν καὶ ζητήσεων διήγησις, κρίσις ἐστὶν ὧς τὰ ποιήματα καὶ τὰ λοιπὰς γραφὰς διαρτῶμεν καὶ διασταθμώμεθα. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐγείρονται, τὰ στοιχεῖα τυποῦνται εἰς γράμματα, τὰ γράμματα συνάγονται εἰς συλλαβάς, συλλαβαῖς περιλαμβάνεται λέξις, αἱ λέξεις συνάγονται εἰς μέρη λόγου, ὁ δὲ λόγος εἰς ἀρετὰς καὶ εἰς ψόγους κάτεισιν. *Ars grammatica est scientia emendati sermonis in loquendo et scribendo poematumque ac lectionis prudens praeceptum.*

[15]

^{1bis} grammaticus est qui uniuscuiusque rei vim ac proprietatem potest explanare loquela. artis grammaticae officium constat partibus quattuor, lectione emendatione enarratione iudicio. lectio est varia cuiusque scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque habitum animi cuiusque. emendatio est recorrectio errorum, qui per scriptum dictionemve fiunt. enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque narratio. iudicium est quo poemata ceteraque scripta perpendimus et discernimus. artis grammaticae initia ab elementis surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae coguntur in syllabas, syllabis comprehenditur dictio, dictiones coguntur in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia descendit. ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΙΔΙΩΝ Προσῳδία ἐστὶν μιᾷς ἐκατέρας συλλαβῆς ἴδιος [κύριος] ἦχος [τόνος], ὃν ἐν τῇ ἑλληνικῇ προσῳδίᾳ λέγουσιν [καλοῦσιν]. ^[1]

² (τ) προσῳδία παρὰ τὸ προσᾶδεσθαι. προσῳδαί ἐν τῇ ἑλληνικῇ γλώττῃ εἰσὶν ἑπτὰ, ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ πέντε, ὅξεϊα βαρεῖα περισπωμένη μακρὰ βραχεῖα. ἐν παντὶ μέρει λόγου ῥωμαϊκοῦ ὁμοίως ὥσπερ τοῦ ἑλληνικοῦ ἢ ὅξεϊαν ἢ περισπωμένην προσῳδίαν τίθεσθαι ἀναγκαῖόν ἐστίν, οὐ πλεῖον δὲ ἢ μίαν ἢ ταύτην ἢ ἐκείνην. ἡ γὰρ βαρεῖα τίθεται ἐπὶ πλειόνων. ἢ ὅξεϊα ὁπότε παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς τρεῖς τόπους ἔχει, <τὴν> τελευταίαν καὶ τὴν παρατέλευτον καὶ τὴν ταύτην ἔγγιστα συλλαβὴν, παρ' ἡμῖν δύο μόνον τόποις τίθεσθαι δύναται, ἐν τῇ παρατελεύτῳ συλλαβῇ

ὥς τὸ [προανέγνω], ἢ ἐπὶ ταύτης, ἥτις τρίτη ἀπὸ τέλους ἐστίν . ἡ περισπωμένη, ἐὰν τὸ μέρος τοῦ λόγου τριῶν ἢ πλείονων ᾖ συλλαβῶν, οὐ τίθεται, εἰ μὴ τὸν παρατέλευτον τρόπον δυνήσεται εὐρεῖν, ὥς τό . τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ ἂν θέσει μακρὰ εἶη, ὀξεῖαν ἔξουσιν προσωδίαν . ἅτινα δὲ φύσει μακρὰ ἔσται, περισπωμένη προσωδία ἐκφωνηθήσεται . ἐπὶ τῶν δισυλλάβων, ἐὰν ἡ προτέρα φύσει μακρὰ εἶη τῆς ὑστέρας συνεσταλμένης, ἡ προτέρα περισπασθήσεται, ὥς τὸ [ῥα ῥώμη]. ἐὰν δὲ ἡ ὑστέρα ἐκτεταμένη εἶη, ἡ προτέρα, εἴτε μακρὰ εἴτε βραχεῖα ἔσται, ὀξυτονηθήσεται ἐξ ἀνάγκης ὥς τό . καὶ εἰ ἀμφοτέραι βραχεῖαι εἶεν, ὀξυτονηθήσεται ἡ προτέρα, ὥς τό . ἐν τοῖς τρισυλλάβοις ἢ τοῖς τετρασυλλάβοις ἢ ἅπερ ἂν πλείους συλλαβὰς ἔξει, ἐὰν ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ βραχεῖα ἐστίν, ἡ ταύτην προάγουσα ὀξυνθήσεται, ὥς τὸ [Τούλλιος Ὀρτίνσιος]. ἐὰν ἡ παρατέλευτος θέσει μακρὰ εἶη, αὐτὴ τὴν ὀξεῖαν ἔξει προσωδίαν, τὴν προάγουσαν δὲ βαρεῖαν ποιήσει ὥς τό . ἐὰν ἡ παρατέλευτος συλλαβὴ φυσικῶς ἐκτεταμένη ἔσται, οὕτως ὥστε τὴν τελευταίαν βραχεῖαν εἶναι, τὴν παρατέλευτον προπερισπάσομεν, ὥς τό . ἐὰν δὲ μακρὰ εἶη ἡ τελευταία, τῇ παρατελεύτῳ ὀξεῖαν δώσομεν προσωδίαν, ὥς τὸ [Ἀθῆναι Φιδῆναι]. DE ACCENTIBVS Accentus est unius cuiusque syllabae proprius sonus, quem Graeci προσωδίαν dicunt. ^[1]

2bis (t) accentus quasi accantus. accentus in graeca lingua sunt VII, in latina V, acutus gravis circumflexus longus brevis. in omni parte latinae orationis, item ut graecae, aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec amplius quam unum vel hunc vel illum. nam gravis ponitur in pluribus. acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos duobus tantum locis poni potest, in paenultima, ut praelegistis, aut in ea quae a fine sit tertia, ut praelégimus. circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syllabarum, non ponitur nisi paenultimum locum poterit invenire, ut turbâre. monosyllaba, quaecumque positione longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut pîx. quae natura longa erunt, circumflexo accentu pronuntiabuntur, ut rês. in disyllabis, si prior natura longa erit posteriore correpta, prior circumflectetur, ut hôra Rôma; si posterior producta sit, prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut léges sâlus; et si ambae breves sint, acuatur prior, ut déus hómo. in trisyllabis tetrasyllabisve aut quae plures syllabas habebunt, si paenultima brevis fuerit, quae eam praecedat acuatur, <ut Tullius Hortensius> ; si paenultima positione longa fuerit, ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Catúllus. si paenultima naturaliter producta erit, ita ut ultima brevis sit, paenultimam circumflectemus, ut Cethêgus; si autem longa fuerit ultima, paenultima acutum dabimus accentum, <ut Athenae Fidenae> . Τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα, ἐὰν τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν προφέρηται, ἑλληνικὰς προσωδίας ἔξουσιν. ^[25]

3 καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν Θυιάς Ναίς, τὴν ὀξεῖαν ἔξει ἡ ὑστέρα προσωδίαν, καὶ ὥς Θεμιστῶ Καλυψῶ τὴν τελευταίαν περισπᾶσθαι ὀρώμεν, ὅπερ ἐκάτερον ὁ ῥωμαϊκὸς λόγος οὐκ ἐπιδέχεται, εἰ μὴ πάνυ ἀραιῶς χάριν τοῦ διελεῖν τὸν νοῦν, ὥς ἀπαντὰ ὁ ergo σύνδεσμος, ἐν ᾧ ἡ τελευταία περισπωμένη καταλαμβάνεται. ὁμοίως ὥς τὸ ἐπίρρημα pone τῇ ὑστέρᾳ ὀξεῖαν ἀναδέχεται, ἵνα μὴ εἶη ῥῆμα. Graeca nomina si isdem litteris proferentur, graecos accentus habebunt. ^[5]

3bis nam et cum dicimus <Thyas Nais> , acutum habebit posterior, et cum <Themisto Kalypso> , ultimam circumflecti videmus. quod utrumque latinus sermo non patitur, nisi admodum raro sensus discernendi gratia, ut occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur. item adverbium pone posteriore acutum recipit, ne sit verbum. Ἔστιν δὲ σημεῖον τῆς ὀξεῖας προσωδίας I πλάγιον εἰς τὸ μέρος τὸ δεξιὸν ἀναβαῖνον, τῆς βαρεῖας προσωδίας σημεῖον I πλάγιον εἰς μέρος τὸ δεξιὸν καταβαῖνον. ^[5]

- 4 τὴν περισπωμένην σημειοῦται προσωδίαν C κάτω βλέπον. τὴν μακρὰν προσωδίαν πλαγίῳ τῷ I γράμματι σημειοῦνται, βραχεῖαν C ἄνω βλέποντι. ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις τοὺς τόνους, ἐν τούτοις τοὺς χρόνους γινώσκεισθαι <ὀρώμεν> . τὴν δασεῖαν τὸ H προσγεγραμμένον παρέχει· ἐὰν δὲ μὴ εἴη προσγεγραμμένον, ψιλὴν ξηράν. ταύταις προσβάλλουσιν τὴν ὑφέν, ὅποτε δύο ῥήματα ὡς εἰς ἐν τῇ ἐκφωνήσει συνάγομεν, καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς τοῦτο ποιοῦσιν· ἐκατέρου ῥήματος τὰς ἔγγιστα συλλαβὰς ἐπικεκαμμένη ὑποκάτωθεν ῥάβδῳ ζευγνύουσιν, ὡς ἔστιν . ὁμοίως καὶ ἀπόστροφον ὁπότεν φωνῆεν τελικὸν ὑφαιροῦμεν. ταύτην οὕτως σημειοῦνται· πρὸς τὸ ἄνω μέρος τοῦ συμφώνου, οὗ τὸ φωνῆεν ὑφῆρηται, ἐπικεκαμμένον ῥαβδίον εἰς αὐτὸ βλέπον τιθέασιν ὡς . Est autem forma acuti accentus I obliqua in partem dexteram ascendens, gravis forma I obliqua in partem dexteram descendens. ^[15]
- 4bis circumflexum designat accentum C deorsum spectans. longum accentum transversa I littera notant, brevem C sursum spectante. sed in illis sonos, in his tempora dinosci <vide> mus. aspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem: his adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt: utriusque verbi proximas syllabas inflexa subter virgula iungunt, ut est ‘Turnus ut anteuolans’. item apostrophon, cum vocalem ultimam subtrahimus. hanc sic notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam virgulam, quae ad eam spectat, apponunt, ut ‘tanton’ me crimine dignum. ΠΕΡΙ ΣΤΙΓΜΗΣ Στιγμὴ ἐστὶν σιωπῆς σημεῖον, ἥτις ἐν τῷ ἀναγινώσκειν δίδωσιν ἄδειαν τοῦ τὸ πνεῦμα ἀνακτῆσθαι, μὴ ἐν τῷ συνάπτειν ἐπιλείψῃ. ^[1]
- 5 (t) αὗται τρεῖς εἰσιν, ὧν ἡ διαφορὰ τρισὶν νυγμαῖς ἐν διαφόρῳ τόπῳ τεθειμέναις δηλωθήσεται. ὅπου πλήρης ἐστὶν ἡ διάνοια, νυγμὴν παρὰ τὸ ἄνω μέρος τοῦ γράμματος τίθεμεν, καὶ ἔστιν ἄνεσις τοῦ σχολάσαι ἐπὶ πλεῖον. ὅπου δὲ τῆς διανοίας μηδέπω πλήρ <ους οὖς> ἡς ἀναπνεῦσαι χρῆζουσιν, παρὰ μέσον τὸ γράμμα δώσομεν νυγμὴν. ὅπου δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ ἀπαρτίσαι τὴν διάνοιαν οὕτως ἀπαρτῶμεν, ὥστε εὐθέως τοῦθ’ ὅπερ ἔπεται ὑποβαλεῖν ὀφείλομεν, παρὰ τὸ κάτω μέρος τοῦ γράμματος τῇ νυγμῇ σημειούμεθα. DE DISTINCTIONE Distinctio est silentii nota, quae in legendo dat copiam spiritus recipiendi, ne continuatione deficiat. ^[1]
- 5bis (t) hae tres sunt, quarum diversitas tribus punctis diverso loco positus indicatur. ubi plenus est sensus, punctum ad caput litterae ponimus et est liberum cessare prolixius. ubi sensu nondum pleno respirari oportet, ad mediam litteram dabimus punctum. ubi sub ipsum finem implendi sensus ita suspendimus, ut statim id quod sequitur subicere debeamus, imam litteram puncto notamus. ΠΕΡΙ ΦΩΝΗΣ Φωνὴ ἐστὶν ἀήρ πεπληγὼς αἰσθητὸς ἀκοῇ τὸ ὅσον ἐφ’ ἑαυτῷ ἐστίν. ^[1]
- 6 (t) πᾶσα φωνὴ ἢ ἔναρθρός ἐστίν ἢ ἀναρθρος. ἔναρθρός ἐστίν ἢ γράμμασιν καταληφθῆναι δύναται. ἀναρθρός ἐστίν ἢ τις γράφεσθαι οὐ δύναται. DE VOCE Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. ^[1]
- 6bis (t) omnis vox aut articulata est aut confusa; articulata est quae litteris comprehendi potest; confusa est quae scribi non potest. ΠΕΡΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ Γράμμα ἐστὶν στοιχεῖον φωνῆς ἐνάρθρου. ^[1]
- 7 (t) στοιχεῖον ἐστὶν ἐνὸς ἐκάστου πράγματος ἀρχή, παρ’ οὗ λαμβάνεται τὸ ἐπαύξημα καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. συμβαίνει [ἀντὶ τοῦ] ἐκάστῳ γράμματι ὄνομα σχῆμα δύναμις. ὄνομά ἐστίν ὧ προσαγορεύεται, σχῆμα ὧ σημειοῦται, δύναμις ἢ ἰσχύει. τῶν γραμμάτων εἰσὶν τὰ μὲν φωνήεντα, τὰ δὲ σύμφωνα. φωνήεντά ἐστίν ἃ καθ’ ἑαυτὰ ἐκφωνεῖται καὶ καθ’ ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι δύναται. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν πέντε, α ε ι ο υ ου. ἐκ τούτων δύο ι καὶ ου μετέρχονται εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν, ὅποτε ἡ αὐτὰ εἰς ἄλληλα ζεύγνυται ἢ μετὰ ἄλλων φωνήεσιν ζεύγνυται, οἷον . τῶν συμφώνων τὸ εἶδος ἐστὶν διπλοῦν. ἔστιν γὰρ ἃ μὲν ἡμίφωνα, ἃ δὲ

ἄφωνα. ἡμίφωνα ἔστιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐκφωνεῖται, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι οὐ δύναται. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ . ἐκ τούτων διπλοῦν ἔστιν τὸ x. συνέστηκεν γὰρ ἢ ἐκ τοῦ g καὶ s, ὡς τὸ rex regis, ἢ ἐκ τοῦ c καὶ s, ὡς τὸ pix picis. διὰ τοῦτο γράμμα ἀρνεῖται. ἄφωνα ἔστιν, ἃ οὔτε καθ' ἑαυτὰ ἐκφωνεῖσθαι δύναται οὔτε συλλαβὴν ποιῆσαι. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑννέα . ἐκ τούτων περισσά τισιν δοκιμάζεται τὸ k καὶ τὸ q, ὅτι τὸ c γράμμα τὸν τούτων τόπον δύναται ἀναπληρῶσαι. καὶ τὸ h τῆς δασείας σημεῖον, οὐχὶ γράμμα ὑπολαμβάνεται. τὸ υ δὲ καὶ τὸ ζ διὰ τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα προσβάλλομεν. DE LITTERIS Littera est elementum vocis articulatae. ^[1]

7bis (t)

elementum est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. accidunt uni cuique litterae nomen figura potestas. nomen est quo appellatur, figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum sunt aliae vocales, aliae consonantes. vocales sunt quae per se proferuntur et per se syllabam facere possunt. sunt autem numero V, a e i o u. ex his duae, i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, veluti Juno vates. consonantium species est duplex. sunt enim aliae semivocales, aliae mutae. semivocales sunt quae per se quidem proferuntur, sed per se syllabam facere non possunt. sunt autem numero VII, f l m n r s x. ex his duplex est x. constat enim aut ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, <ut> pix picis, ideoque littera negatur. mutae sunt quae nec per se proferri possunt nec syllabam facere. sunt autem numero VIII, b c d g h k p q t. ex his supervacuae quibusdam videntur k et q, quod c littera harum locum possit implere. h quoque aspirationis nota, non littera existimatur. y et z propter graeca nomina admittimus. A γράμμα φωνῆεν, ὅπερ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ ποιεῖ συλλαβὴν βραχεῖαν καὶ μακράν ὁμοίως δὲ συνεζευγμένον μετὰ ἄλλων καὶ προτασσόμενον καὶ μέσον καὶ ἐπὶ τέλους, ὡς τὸ Ahala· καὶ σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε Αῦλον μόνον σημαίνει. ^[5]

- 8 e γράμμα φωνῆεν καθ' ἑαυτὸ ὀνομασθὲν ὁμοίως τε μετὰ ἄλλων ζευχθὲν καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς. i γράμμα φωνῆεν ἔσθ' ὅτε μετερχόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν καθ' ἑαυτὸ οὐδὲν ἔλαττον καὶ μετὰ ἄλλων ἐζευγμένον καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς. σημεῖον ἀριθμοῦ, ὅποτε ἓνα σημαίνει. o γράμμα φωνῆεν καὶ συστέλλεται καὶ ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων ζευγνύμενον. u γράμμα φωνῆεν ἔσθ' ὅτε μετερχόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν συστέλλεται καὶ ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων συνεζευγμένον· σημεῖον ἀριθμοῦ, ὅποτε πέντε σημαίνει. A littera vocalis, quae quidem per se facit syllabam brevem et longam itemque conexa cum aliis tam praeposita quam media finiensque, ut Ahala; nota etiam praenomnis, cum Aulum sola significat. ^[10]

8bis

e littera vocalis per se nominata itemque cum allis iuncta et breves facit syllabas et longas. i littera vocalis interdum transiens in consonantium potestatem per se nec minus aliis sociata tam breves facit syllabas quam longas; nota numeri, cum unum significat. o littera vocalis tam corripitur quam producit et singularis et cum aliis copulata. u littera vocalis non numquam transiens in consonantium potestatem corripitur producit et sola et cum aliis coniuncta; nota numeri, cum quinque significat. F γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ἄρχεται συλλαβὴν προτασσόμενον καὶ φωνήεντος καὶ ἡμιφώνου, ὡς τό . ^[10]

- 9 l γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται φωνηέντων ἐν συλλαβῇ καὶ ὑποτάσσεται· προτάσσεται, ὅποτε laudem legem καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γράφομεν· ὑποτάσσεται, ὡς τὸ alma. ὑποτάσσεται ὁμοίως συμφώνοις, ὅποτε Clodium ὀνομάζομεν. ὅταν μόνον τίθεται, Lucium σημαίνει· ὁμοίως ἀριθμὸν, ὅποτε πεντήκοντα σημαίνει. m γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται, ὡς τό . ὑποτάσσεται δὲ καὶ συμφώνοις, ὅποτε λέγομεν· σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε Μάρκον μόνον γεγραμμένον σημαίνει. n γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται τῶν φωνηέντων καὶ

ὑποτάσσεται, ὥς τό . ὁμοίως ὑποτάσσεται καὶ τοῖς συμφώνοις, ὥς τὸ Cnidius <Cynthius> .
σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε μόνον σημαίνει ὁμοίως καὶ συμφώνῳ ὑποτασσόμενον τῷ G
Γναῖον, ὃν οἱ παλαιοὶ μὲν Γναῖον, νῦν δὲ χυδαίως συντομώτερον ἀκούομεν Γναῖον, καὶ ἔαν
ὀνόματος ἔνεκα τίθεμεν. r γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται καὶ
ὑποτάσσεται, ὥς τό . ὁμοίως συμφώνοις ὑποτάσσεται, ὥς ἐν τῷ . s γράμμα σύμφωνον
ἡμίφωνον καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ συμφώνων καὶ ὑποτάσσεται φωνήεσιν, ὥς τό . x
γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον διπλοῦν ἐν μέσῳ μόνον μέρει λόγου παρ' ἡμῖν φωνηέντων
προτασσόμενον ὥς τό , ὅποτε δὲ καὶ ἐπὶ τέλους, ὥς τό . ἐν τοῖς ξένοις μόνον ὀνόμασιν πρῶτον
τίθεται, ὥς ἐν τῷ Xantho <Xenone> ; σημεῖον δὲ ἀριθμοῦ, ὅποτε δέκα σημαίνει. F littera
consonans semivocalis incipit syllabam tam praeposita vocali quam semivocali, ut flumen
fons. [25]

9bis l littera consonans semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus in syllaba quam subiungitur:
praeponitur, cum laudem legem et his similia scribimus; subiungitur, tamquam alma;
subiungitur item consonantibus, cum Clodium nominamus. cum sola ponitur, Lucium
significat; item numerum, cum quiquaginta significat. m littera consonans semivocalis liquida
tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, tamquam monet commonet. subiungitur et
consonantibus, cum agmina dicimus; nota praenominis, cum Marcum sola scripta significat. n
littera consonans semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut natus
ante. item subiungitur et consonantibus, ut Chidius Cynthius. nota praenominis, cum sola
Numerium significat; item consonanti subiuncta G Gnaeum, quem antiqui Gnaevum, nunc
volgo brevius audimus Gnaeum, etiam si nominis causa ponimus. r littera consonans
semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut ramus arma; item
consonantibus subiungitur, ut in Crasso. s littera consonans semivocalis tam praeponitur
vocalibus consonantibusque quam subiungitur vocalibus, ut satis statis. x littera consonans
semivocalis duplex in media tantum parte locutionum apud nos vocalibus praeposita, ut
fraxinus, aliquando finiens, ut vertex. in peregrinis tantum nominibus prima ponitur, ut in
Xantho Xenone; nota numeri, cum decem significat. B γράμμα σύμφωνον ἄφωνον καὶ
προτάσσεται φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται· προτάσσεται δὲ καὶ ἡμιφώνων, ὥς <ἐν> τῷ
Blesamio· ἔγγιστον τοῦ P γράμματος, καθ' ὃ πολλάκις ἀλλάσσεται . [25]

10 c γράμμα σύμφωνον ἄφωνον καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ συμφώνων καὶ ὑποτάσσεται·
καὶ σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε μόνον Γάιον σημαίνει· ὁμοίως ἀριθμοῦ, ὅποτε ἑκατὸν
σημαίνει. d γράμμα σύμφωνον ἄφωνον καὶ προτάσσεται τῶν φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται .
ἔγγιστον τῶν γραμμάτων τῶν συμφώνων τούτων , ἃ ὑπεισέρχεται εἰς τὸν τόπον τούτου·
σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε Δέκιμον σημαίνει, ὁμοίως ἀριθμοῦ, ὅποτε πεντακοσίους σημαίνει.
g γράμμα σύμφωνον ἄφωνον καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται, ὥς τό .
προτάσσεται δὲ καὶ συμφώνων ὥς ἐν τῷ . h κυρίως μὲν δασεῖαν περιέχον, ἀναδεχθὲν δὲ
χυδαίως, ὥς ἡμεῖς λέγομεν καταχρηστικῶς, εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀφώνων πάντων [δὲ] τῶν
φωνηέντων προτάσσεται, οὐδενὶ ὑποτάσσεται εἰ μὴ συμφώνοις, ὥς ἐν τῷ καὶ ἐν τοῖς
ἐλληνικοῖς ὀνόμασιν, ὥς Θῆβαι. k γράμμα σύμφωνον ἄφωνον σημείου μόνον ἔνεκα τίθεται,
ὅταν ἢ καλάνδας μόνον σημαίνει ἢ Καίσωνα . p γράμμα σύμφωνον καὶ προτάσσεται
φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται, ὥς ἐν τούτοις· προτάσσεται καὶ συμφώνων, ὥς τὸ [κροτεῖ
ἀριστᾶ]· σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅταν μόνον Πούβλιον σημαίνει, καὶ ὅταν τοῦ r προτασσόμενον
λαὸν ῥωμαῖον καὶ ὑποτασσόμενον τῷ r καὶ προτασσόμενον τοῦ c γράμματος . q γράμμα
σύμφωνον ἄφωνον ἐκ τῶν c καὶ u γραμμάτων συγκείμενον, σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε
μόνον σημαίνει, ὁμοίως καὶ τιμῆς ἢ ἀξιώματος, ὅποτε δηλοῖ, οὐδὲν δὲ ἔλαττον καὶ δῆμον,

ὁπότε αὐτῷ σημειούμεθα · μόνου τοῦ υ γράμματος προτάσσεται. τ γράμμα σύμφωνον ἄφωνον καὶ προτασσόμενον φωνηέντων καὶ ὑποτασσόμενον, ὡς τὸ [ἦνεγκεν προσήνεγκεν]· προτάσσεται καὶ συμφώνων, ὡς [τραβέα δοκός]· σημεῖον χρηματισμοῦ, ὁπότε μόνον σημαίνει. τοῦτοις, ὡς ἐν τῷ ἄνωτέρῳ <εἴρηται> , συμβαίνει [προσέρχεται] διὰ τὰς ξένας λέξεις τὸ z καὶ τὸ y, ὡς ἐν Ζήνωνι καὶ Ὑακίνθῳ. B littera consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur; praeponitur et semivocalibus, ut in Blesamio; propinqua p litterae, qua saepe mutatur, ut supponunt. ^[30]

10bis c littera consonans muta tam praeponitur vocalibus consonantibusque quam subiungitur, ut capiens scelestus; nota praenominis, <cum sola Gaium significat; item> numeri, cum centum significat. d littera consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut datus additus; propinqua litteris consonantibus his, s c g l p r m t, quae succedunt in locum eius, ut <asside> accipe aggere alliga appara arripe ammitte attende; nota praenominis, cum Decimum significat, item numeri, cum quingentos significat. g littera consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut gere aggere; praeponitur et consonantibus, ut in agmine magno grege glire. h proprie continens aspirationem recepta volgo in numerum mutarum omnibus vocalibus praeponitur, nulli subiungitur nisi consonantibus, ut in Thrasea Thracia graecisque nominibus, ut Thebae. k littera consonans muta notae tantum causa ponitur, cum aut kalendas sola significat aut Kaesonem aut kaput aut kalumniam aut Karthaginem. p littera consonans tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut in his ponit opponit; praeponitur et consonantibus, ut plaudit prandit; nota praenominis, cum sola Publium significat, et cum r praeposita populum romanum et subiecta r rem publicam et praeposita c litterae patres conscripti. q littera consonans muta ex c et u litteris composita, nota praenominis, cum Quintum sola significat, item honoris vel dignitatis, cum quaestorem indicat, nec minus populum, cum ea notamus quirites. soli u litterae praeponitur. t littera consonans muta tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut tulit attulit. praeponitur et consonantibus, ut trabea Aetna; nota praenominis, cum sola Titum significat. his, ut supra dictum est, accedunt propter peregrinas dictiones z et y, ut in Zenone et Hyazintho. ΠΕΡΙ ΣΥΛΛΑΒΗΣ Συλλαβή ἐστὶν στοιχεῖον φωνῆεν ἢ στοιχείων σύνοδος διὰ τινος φωνήεντος συνειλημμένη, τοῦτ' ἔστιν στοιχείων ἐξευγμένη ἐκφώνησις. ^[1]

11 (τ) συλλαβαὶ λέγονται ἀπὸ τῶν ἐλληνικῶν συλλήψεων. αὗται δὲ ἢ βραχεῖαί εἰσιν ἢ μακραί. βραχεῖας συνεσταλμένον φωνῆεν ποιεῖ, ἢ ὅταν προάγοντος συμφώνου γράμματος φωνῆεν ἐπὶ τέλους συλλαβῆς συστέλλεται, μακρὰς ἐκτεταμένον. ἐν τῇ βραχεῖᾳ συλλαβῇ χρόνος ἐστὶν εἷς, ἐν τῇ μακρᾷ δύο. αἱ συλλαβαὶ ἢ φύσει μακραί εἰσιν ἢ θέσει. φύσει γίνονται μακραί, ὅταν καταμόνας τὰ φωνήεντα γράμματα ἐκτείνηται, ὡς τὸ α <καὶ> e ἢ ὅταν δύο, ὡς τὸ ua, ἢ ὅταν τρία, ὡς τὸ uae· θέσει δὲ ὅταν συνεσταλμένον φωνῆεν ἐπιφερόμενα ἔχη δύο σύμφωνα· καὶ ταῦτα ἢ ἐν τῇ αὐτῇ συλλαβῇ εὐρίσκεται, ὡς τὸ ars, ἢ ἐν τῇ πλησίον, ὡς τὸ amnis, ἢ εἰς δύο συλλαβὰς διηρημένα, ὡς τὸ arma. ἀλλὰ καὶ τὸ διπλοῦν στοιχεῖον x δύο συμφώνων τόπῳ λειτουργεῖ καὶ τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ συλλαβῇ εἴωθεν εἶναι, ὡς τὸ nox, καὶ ἐν τῇ πλησίον, ὡς ἐν τῷ ἄξων. ὁμοίως καὶ φωνῆεν τόπῳ συμφώνου κείμενον, ὡς τὸ <servus iniustus> . DE SULLABA Syllaba est littera vocalis vel litterarum coetus per aliquam vocalem comprehensus, hoc est litterarum iuncta enuntiatio. ^[1]

11bis (τ) syllabae dicuntur a graecis comprehensionibus. hae autem aut breves sunt aut longae. breves correpta vocalis facit aut cum antecedente consonante littera vocalis in fine syllabae corripitur, longas producta. in brevi syllaba tempus est unum, in longa duo. Syllabae aut natura longae sunt aut positione. natura longae fiunt, cum singulae vocales litterae

producuntur, ut a et e, aut cum duae, ut ua, aut cum tres, ut uae; positione autem, cum correpta vocalis sequentes habet duas consonantes. et hae aut in eadem syllaba inveniuntur, ut ars, aut in proxima, ut amnis, aut in duas syllabas divisae, ut arma. sed et duplex littera x duarum consonantium loco fungitur. haec quoque et in eadem syllaba solet esse, ut nox, et in proxima, ut axis. item et vocalis loco consonantis posita, ut servus iniustus. ΠΕΡΙ ΚΟΙΝΗΣ ΣΥΛΛΑΒΗΣ Κοινὰ συλλαβαὶ γίνονται τρόποις τέτρασιν· πρώτῳ, ἂν συνεσταλμένῳ φωνήεντι ἐπιφέρηται δύο σύμφωνα, ὧν τὸ μὲν προηγούμενόν ἐστιν ἄφωνον, τὸ δὲ δεύτερον ὕγρὸν ἀμετάβολον. ^[1]

- 12 (t) βραχεῖα γάρ ἐστιν ἐν τούτῳ· μακρὰ δὲ ἐν τούτῳ, ἂν δὲ δύο σύμφωνα εἰς δύο συλλαβάς εἰσιν διηρημένα, οὐ γίνεται κοινή, ἀλλὰ θέσει μακρὰ, ὡς ἐν τῷ ἄνωτέρῳ ἀνηγέκαμεν [τοῦτ' ἔστιν]· οὗτ' ἂν ἡμίφωνον εἰς τὸ αὐτὸ μετὰ τοῦ ἀμεταβόλου συνέλθῃ. ἑτέρῳ τρόπῳ γίνονται κοινὰ, ὅταν φωνήεντι ἐκτεταμένῳ ἐπιφέρηται φωνήεν· βραχεῖα ἐν τούτῳ, μακρὰ δὲ οὕτως. φύσει γὰρ μακρόν ἐστιν τὸ ο στοιχεῖον, ὅπερ ἐν τοῖς ἄνωτέρῳ ἀντὶ βραχείας παρείληπται. τρίτῳ, ὅταν βραχεῖα συλλαβῇ εἰς μέρος λόγου περαιουμένη ἐπιφέρηται φωνήεν· ἔστιν γὰρ <μακρὰ ἐν τούτῳ> βραχεῖα ἐν τούτῳ. τετάρτῳ τρόπῳ, ἂν λήγῃ εἰς σύμφωνον καὶ ἐπιφέρηται [ῆ] τὸ h στοιχεῖον. ἔστιν δὲ βραχεῖα οὕτως, μακρὰ δὲ οὕτως. DE COMMVNIBVS SYLLABIS Communes syllabae fiunt modis III: primo, si correpta vocalis excipitur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida. ^[1]

- 12bis (t) brevis enim est in hoc, tunc Clytaemestrae foedasti uiscera ferro; longa autem in hoc, Cyclops, Aetnaeus cultor, Neptunia proles. at si duae consonantes in duas syllabas fuerint divisae, non fit communis, sed positione longa, ut supra retulimus, 'hoc erat alma parens'; nec si semivocalis in unitatem cum liquida veniat, ut sors. altero modo fiunt communes, cum vocalis producta excipitur a vocali: brevis sic, 'te Corydon o Alexi', longa vero sic, 'Inoo Melicertae'. Natura enim longa est o littera, quae supra pro brevi recipitur. tertio modo, ubi brevis syllaba finiens partem orationis a vocali <excipitur>: est enim <longa in hoc>, hic, ait, et nostris inluserat aduena regnis, brevis in hoc, itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum. quarto modo, si desinat in consonantem et excipitur a littera h [aut]: est enim brevis sic, hic uir, hic est, tibi quem promitti saepius audis; longa vero sic, terga fatigamus hasta, nec tarda senectus. ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ Λέξις ἐστὶν ἐκ συλλαβῶν ὠρισμένη μετὰ σημασίας βεβαίας ῥήσις. ^[1]

- 13 (t) τινὲς λέξεις εἰσὶν ἀπλαῖ, ὡς τό, τινὲς σύνθεται. ἐκ τῶν συνθέτων λέξεων τινες γίνονται ἐκ δύο ἀπολειπόντων, ὡς τὸ [ἡμικέφαλον], ὁπότε νοεῖται ἡμίσεια κεφαλὴ· τινὲς ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου, ᾧ σημαίνεται ἐκτὸς θαλάσσης· <τινὲς> ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος, ὡς τὸ [κεραταύλης], ὁπότε νοεῖται ὁ κέρατι ἄδων· τινὲς ἐκ δύο τελείων. DE DITIONE Dictio est ex syllabis finita cum significatione certa locutio, ut est dico facio. ^[1]

- 13bis (t) quaedam dictiones sunt simplices, ut facio, quaedam compositae, ut conficio. ex compositis dictionibus quaedam fiunt ex duobus imperfectis, ut sinciput, cum intellegatur sematum caput; quaedam ex imperfecto et integro, ut est cismare, quo significatur citra mare; quaedam ex integro et imperfecto, ut est cornucen, cum intellegatur cornu canens; quaedam ex duobus integris, ut est omnipotens. ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΥ Λόγος ἐστὶν στόματος ἀφεθεῖσα καὶ διὰ λέξεων συντεταγμένη ἐκφώνησις, οἷον [ἐκ] στόματος λογισμὸς ἢ λόγος. ^[1]

- 14 (t) λόγου μέρη εἰσὶν ὀκτώ, ὄνομα ἀντωνυμία ῥῆμα μετοχή ἐπίρρημα πρόθεσις σύνδεσμος παρένθεσις· τισὶν δὲ δοκεῖ καὶ προσηγορία. <DE ORATIONE> Oratio est ore emissa et per dictiones ordinata pronuntiatio, velut oris ratio. ^[1]

- 14bis (t)

orationis partes sunt octo, nomen pronomen verbum participium adverbium praepositio coniunctio interiectio; quibusdam videtur et appellatio. <ΠΕΡΙ ΟΝΟΜΑΤΟΣ> Ὄνομά ἐστιν μέρος λόγου μετὰ πτώσεως ἄνευ χρόνου πρᾶγμα ἐνσώματον <ἡ ἀσώματον> σημαῖνον κυρίως [ἢ ἰδίως] ἢ κοινῶς· κυρίως, ὡς τό , κοινῶς, ὡς τό . ^[1]

- 15 (t) ὄνομα λέγεται, ὅτι ἐν ἑκάστων πρᾶγμα σημαίνει, ὡς παρασημείωσις ἀνηρημένης τῆς μέσης συλλαβῆς διὰ συγκοπήν, <ἦ> ἀπὸ τῆς ἐλληνικῆς ἀρχῆς. * τὰ ὀνόματα ἅπερ ἰδικῶς καὶ κυρίως λέγεται, ὁμοίως ἅπερ ἂν μονογενῇ καὶ μόνα ἐστίν, τῶν θεῶν , ἀνθρώπων, ὡς τό , πόλεων , ἐπαρχιῶν νήσων ὀρέων, ὡς τό ποταμῶν . τῶν κυρίων ὀνομάτων ἃ μὲν εἰσιν χρηματισμοί, ἅτινα τῶν ὀνομάτων τῶν ἐθνικῶν προτάσσεται, ὡς . ἄλλα κύρια ἐθνικά, ἅτινα ἀπὸ τοῦ γένους καὶ τοῦ ἔθνους κάτεισιν . ἃ δὲ συνώνυμα, ἃ τοῖς ὀνόμασιν τοῖς ἐθνικοῖς ὑποτάσσεται, ὡς τό , συντάσσεται γὰρ οὕτως . ἃ δὲ παρώνυμα, ἃ τοῖς συνωνύμοις ἕκ τινος λογισμοῦ ἢ ἀρετῆς προσβάλλεται καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. <DE NOMINE> Nomen est pars orationis cum casu sine tempore rem corporalem <aut incorporalem> significans proprie communiterve; proprie, <ut> Roma Tiberis, communiter, <ut> civitas flumen. ^[1]

- 15bis (t) nomen dicitur, quod unam quamque rem notat, quasi notamen sublata media syllaba per syncopen, vel a graeca origine παρὰ τὸ ὄνομα. [nota tamen] * nomina quae specialiter proprieque dicuntur, item quae unica et sola sunt deorum, ut Juppiter, hominum, <ut> Romulus, urbium, ut Roma, provinciarum, ut Africa, insularum, ut Sicilia, montium, <ut> Apenninus Pyrenaeus, fluminum, ut Pactolus. propriorum nominum alia sunt praenomina, quae nominibus gentiliciis praeponuntur, <ut> Marcus Publius; alia propria gentilicia, quae a familia et gente descendunt, ut Porcius Cornelius; alia cognomina, quae nominibus gentiliciis subiunguntur, <ut> Cato Scipio. ordinantur enim sic, Marcus Porcius Cato, Publius Cornelius Scipio; alia agnomina, quae cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur, ut Africanus Creticus et his similia. Προσηγορικὰ ὀνόματά εἰσιν, ἅτινα γενικῶς καὶ κοινῶς λέγεται. ^[15]

- 16 ταῦτα εἰς δύο εἶδη διαίρεται. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σημαίνει πράγματα ἐνσώματα, ἅτινα καὶ ἰδεῖν καὶ ὦν ἄψασθαι δυνατόν, καὶ παρὰ τινων ἐπικλήσεις προσαγορεύονται, ὡς τὸ ἄνθρωπος δένδρον βόσκημα, ἅτινα ἡμεῖς ἐνσώματα καλοῦμεν. ἃ δὲ καὶ παρὰ τινων προσηγορίαὶ λέγονται καὶ ἔστιν ἀσώματα, ἅτινα τῷ νῶ μόνον καταλαμβάνεται, ἀλλ' οὔτε ἰδεῖν οὔτε ἄψασθαι αὐτῶν δυνατόν, ὡς ἔστιν εὐσέβεια δικαιοσύνη κόσμος ἀξίωμα εὐροια διδασκαλία. ταῦτα ἡμεῖς προσηγορικὰ λέγομεν. Appellativa nomina sunt quae generaliter communiterque dicuntur. ^[10]

- 16bis haec in duas species dividuntur. alia enim significant res corporales, quae videri tangique possunt, et a quibusdam vocabula appellantur, ut homo arbor pecus, quae nos corporalia vocamus; alia quae <a> quibusdam appellationes dicuntur et sunt incorporalia, quae intellectu tantummodo percipiuntur, verum neque videri nec tangi possunt, ut est pietas iustitia decus dignitas facundia doctrina. ea nos appellativa dicimus. Τῷ ὀνόματι συμβαίνει ταῦτα, εἶδος γένος σχῆμα ἀριθμὸς πτώσις. ^[5]

- 17 εἶδός ἐστιν ᾧ νοεῖται, ἢ κύριον εἶη τὸ ὄνομα ἢ προσηγορικόν. γένη τῶν ὀνομάτων εἰσὶν τέσσαρα, ἀρσενικόν <θηλυκὸν οὐδέτερον κοινόν. ἀρσενικόν ἐστιν οὗ προτάσσεται οὗτος, ὡς οὗτος ὁ διδάσκαλος> · θηλυκόν ἐστιν οὗ προτάσσεται αὕτη, ὡς αὕτη ἡ σχολή· οὐδέτερόν <ἐστίν> οὗ προτάσσεται τοῦτο, ὡς τοῦτο τὸ σκρίνιον· κοινόν ἐστιν οὗ προτάσσεται ὁ καὶ ἡ καὶ τό . ἔστιν καὶ ἐπίκοινα ὀνόματα, ἃ οἱ Ἕλληνες προσαγορεύουσιν, ὅποτε ὅπερ ἀναγκαιῶς ἀρσενικῷ γένει ἐκφωνεῖται καὶ θηλυκῷ νοεῖται, ἢ τούναντίον <ὅπερ> θηλυκῷ ἐκφωνεῖται

καὶ ἀρσενικῶ παραλαμβάνεται, ὡς τὸ στρουθὸς ἀετὸς χήν γαλῆ. σχήματα τῶν ὀνομάτων ἐστὶν δύο, ἀπλοῦν καὶ σύνθετον, ἀπλοῦν ὡς τό . συντίθεται δὲ ὀνόματα τρόποις τέτρασιν ἐκ δύο τελείων, ὡς τὸ προάστειον ἐκ δύο ἀπολείποντων, ὡς τὸ [τεχνίτης], ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος, ὡς τὸ [ἀδρανὴς τεχνίτης], ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου, ἐνίοτε ἐκ πλειόνων, ὡς τὸ ἀκαταμάχητος ἀνεκπολέμητος ἀνεκδυσώπητος. *Nomini accidunt haec, qualitas genus figura numerus casus.* ^[15]

17bis *qualitas est qua intellegitur proprium sit nomen an appellativum. genera nominum sunt IIII, masculinum femininum <neutrum commune. masculinum est cui praeponitur hic, ut hic praeceptor; femininum> est cui praeponitur haec, ut haec schola; neutrum <est> cui praeponitur hoc, ut hoc scrinium; commune est cui praeponitur hic et haec et hoc, <ut hic et haec et hoc> felix. sunt et promiscua, quae Graeci ἐπίκοινα appellant, cum quod necessarie masculino genere pronuntiatur etiam feminino intellegitur, vel contra <quod> feminino pronuntiatur etiam masculino <accipitur>, ut passer aquila anser mustela. figurae nominum sunt duae, simplex et composita, simplex, <ut> felix, <composita, ut infelix>. componuntur <autem> nomina modis IIII: ex duobus integris ut suburbanum, ex duobus corruptis, ut opifex <artifex>, ex integro et corrupto, ut ineptus [artifex], ex corrupto et integro, ut armipotens, aliquando ex pluribus, ut inexplorabilis inexorabilis. Ἀριθμοὶ εἰσιν δύο, ἐνικός, ὡς τὸ οὗτος ὁ Κάτων, πληθυντικός, ὡς τὸ οὗτοι οἱ Κάτωνες.* ^[15]

18 ἔστιν δὲ τινα ὀνόματα αἰὲ πληθυντικά, ὡς τὸ ῥύποι τείχη· τινα τὸν ἐνικὸν καὶ πληθυντικὸν ἀριθμὸν κοινῶς σημαίνει, ὡς τὸ ἡμέρα νεφέλη· τινα τῇ μὲν θέσει ἐνικά, τῷ δὲ νῶ πληθυντικά, ὡς τὸ δῆμος ἐκκλησία· τινα τῇ <μὲν> θέσει πληθυντικά, τῷ δὲ νῶ ἐνικά, ὡς τὸ Κῦμαι Ἀθῆναι Θῆβαι. *Numeri sunt II, singularis, ut hic Cato, pluralis, ut hi Catones.* ^[5]

18bis *sunt autem quaedam nomina semper pluralia, ut sordes moenia. quaedam singularem pluralemque numerum communiter significant, ut dies nubes; quaedam positione singularia, intellectu pluralia, ut populus contio; quaedam positione pluralia, intellectu singularia, ut Cumae Athenae Thebae. Πτώσεις εἰσιν ἕξ, ὀνομαστική γενική δοτική αἰτιατική κλητική ἀφαιρετική, ἡ καὶ ἀπενεκτική.* ^[5]

19 προσβάλλεται παρὰ τῶν ἐπιμελεστέρων καὶ ἐβδόμη πτώσις. αἰὲ ἡ ἀπενεκτική ἐνὶ τρόπῳ ἐκφέρεται, ὅταν ἀπὸ προσώπου ἢ ἀπὸ τόπου ἢ ἀπὸ πράγματος ἀφαιρεθὲν τι <σημαίνηται>, οἷον ἄπὸ Αἰνείου τὴν ῥίζαν [τὸ γένος] κατὰγει Ῥωμύλος, ἀπὸ Ῥώμης εἰς Ἀφρικὴν ἐπάνεισιν, ἀπὸ τῶν βιβλίων τῶν Κικέρωνος νενόηται. ἡ δὲ ἐβδόμη πτώσις τρόποις τέτρασιν ἐκφέρεται· πρώτῳ, ὅταν ἐν προσώπῳ <ἢ ἐν τόπῳ> ἢ ἐν πράγματι νοῆται, οἷον ἐν τῷ Σκηπίωνι ἡ στρατιωτικὴ ἀρετὴ ἐξέλαμψεν, ἐν τῷ ὄρει τῷ Καυκάσῳ ποινὰς ἔτεισεν Προμηθεύς, ἐν τῷ ἀνδριάντι Κικέρωνος ἡ νίκη ἡ τῶν συνωμοτῶν ἐγγράφεται, καὶ ἐρμηνεύεται τὸ τοιοῦτο σχῆμα διὰ τῆς δοτικῆς. ὁς κανὼν καὶ ἐν τοῖς ὀνόμασιν τῆς δευτέρας κλίσεως, ὧν καὶ ἡ ἀφαιρετικὴ καὶ ἡ δοτικὴ ἡ αὐτὴ ἐστίν, παραφυλάττεται καὶ ἐν τοῖς ὀνόμασιν τῆς τρίτης κλίσεως, ὧν ὁμοίως ἡ ἀπενεκτικὴ καὶ <ἡ> δοτικὴ ἡ αὐτὴ ἐστίν, οἷον δευτέρῳ, ὅταν ἀπενεκτικαὶ συνεζευγμένα γενικῇ ἐρμηνεύονται ἑλληνικῇ, οἷον. τρίτῳ τρόπῳ, ὅταν τοῦτο τὸ σχῆμα τὸ ἑλληνικὸν ῥωμαῖστὶ εἴπωμεν, ἐλπίδι τοῦ δύνασθαι, προαιρέσει τοῦ ληστεύειν, σχήματι τοῦ ἐπιβουλεύειν. τετράτῳ τρόπῳ * ὡς ἐν ἐκείνῳ * λέγομεν γὰρ οὕτως ἡμετέρου φόβου τῶν πολεμίων εἰς τὰς παρεμβολὰς εἰσεπήδησεν, ἡμετέρας ἐλπίδος δυνάμει περιγενέσθαι χάρακι καὶ τάφρῳ τὰ τεῖχη περιβάλλει, οὐδένων φυλάκων τὸ παλλάδιον ἡρπάγη, ἡμετέρας ἐνέδρας φανερώς ἐνικήθη ὁ πολέμιος. πανταχοῦ γὰρ ἐπιλείπει ὁ ῥωμαϊκὸς λόγος, δηλαδὴ διὰ τοῦτο, ὅτι δύο ἀπενεκτικά [καὶ] ὀνομαστικά εἰσιν συνεζευγμένα· ὡς εἰ ἡ μία μετοχικὴ εἴη, οὐκ ἐπιλείπει ὁ ῥωμαϊκὸς λόγος, ἀλλὰ πλήρης ἐστίν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνωτέρῳ καὶ τὰ λοιπὰ ἃ ἐν τῷ

δευτέρῳ τρόπῳ ἐξεθέμεθα. Casus sunt VI, nominativus genetivus dativus accusativus vocativus ablativus. ^[25]

19bis adicitur a diligentioribus etiam septimus casus. semper ablativus uno modo profertur, cum a persona aut a loco aut a re ablatum quid 〈significetur〉, veluti ‘ab Aenea stirpem deducit Romulus, ab urbe in Africam redit, a libris Ciceronis intellectum est’. septimus vero casus modis IIII profertur: primo, cum in persona 〈aut in loco〉 aut in re intellegitur, veluti ‘in Scipione militaris virtus enituit, in monte Caucasio poenas luit Prometheus, in statua Ciceronis victoria coniuratorum 〈in〉 scribitur’, et interpretatur talis figura per dativum, ἐν τῷ Σκηπίωνι, ἐν τῷ Καυκάσῳ, ἐν τῷ ἀνδριάντι. quae regula etiam in nominibus secundae declinationis, quorum ablativus et dativus idem est, observatur et in nominibus tertiae declinationis, quorum item ablativus et dativus idem est, veluti ab hac securi 〈ab hoc〉 suavi. secundo, cum ablativi copulati genetivo interpretantur graeco, veluti ‘ducente dea elapsus est Aeneas ἡγουμένης τῆς θεοῦ ἐξώλισθεν Αἰνείας, incusante Cicerone victus 〈est〉 Catilina κατηγοροῦντος Κικέρωνος ἡττήθη Κατιλίνας, studente Sacerdote differentia inventa est σπουδάζοντος Σακέρδωτος ἡ διαφορά ἡύρέθη’. tertio modo, cum hanc figuram graecam ἐλπίδι τοῦ δύνασθαι, προαιρέσει τοῦ ληστεύειν, σχήματι τοῦ ἐπιβουλεύειν latine dixerimus ‘spe posse, voluntate latrocinandi, consilio insidiandi’. quarto modo * veluti in illo * dicimus enim sic ‘nullo timore hostium castra irrupit, nulla spe per vim potiundi vallo fossaque moenia circumdat, nullis custodibus palladium ereptum est, nullis insidiis palam victus est hostis’. ubique enim deficit latinus sermo, scilicet ideo, quoniam duo ablativi nominales sunt copulati; quodsi unus participialis sit, non deficit latinus sermo, sed plenus est, ut supra ‘ducente dea elapsus 〈est〉’ et cetera quae in secundo modo exposuimus. Τινὰ ἔτι εὐρίσκεται ἃ καμφοῖναι καὶ κλιθῆναι οὐ δύναται, ὥς τὸ χρήσιμος οὐδέν· τινὰ δυσὶν ἢ τρισὶν 〈πτώσεσιν〉 μόνον ὀνομαστικῇ καὶ κλητικῇ πτώσει, καὶ τὸ opis: opis γὰρ καὶ opem καὶ ope εὐρίσκομεν. ^[30]

20bis Quaedam etiam inveniuntur quae flecti declinarique non possunt, ut frugi nihili. quaedam duobus vel tribus 〈casibus〉 tantum, ut Iuppiter nominativo et vocativo casu, et opis; opis enim et opem et ope invenimus. Ἔστιν ὀνόματα ἃ ἔθνος σημαίνει, ὥς τὸ Φρύξ Γαλάτης Σπάνος· ἄλλα ἀριθμόν, ὥς τὸ εἷς δύο· ἄλλα τάξιν, ὥς τὸ πρῶτος δεύτερος· ἄλλα ποιότητα, ὥς τὸ κακός ἀγαθός κόσμιος λευκός μέλας· ἄλλα ποσότητα, ὥς τὸ μακρός ὑψηλός μέγας ὑψηλός κοῖλος· τινὰ ἀπὸ τρόπων, ὥς 〈τὸ〉 ἀνειμένος ἡδύς χαρίεις τραχύς θρασύς· τινὰ δὲ οἰωνιστικά, ὥς τὸ ζωτικός αἰώνιος περιών· ἄλλα ἀπὸ τῶν συμβαινόντων ἢ τῶν παρεπομένων εἰλημμένα, ὥς τὸ μακάριος πλούσιος πένης. ^[5]

21bis Sunt nomina quae gentem significant, ut Afer Dacus Hispanus; alia numerum, ut unus duo, alia ordinem, ut primus secundus; alia qualitatem, ut malus bonus decorus albus niger; alia quantitatem, ut proculus altus magnus sublimis humilis; quaedam a moribus, ut remissus lepidus facetus asper ferox; quaedam ominalia, ut vitalis saecularis superstes; alia ab accidentibus vel sequentibus tracta, ut beatus dives pauper. Ἔστιν τινὰ πρωτότυπα, ὥς τὸ ὄρος πηγὴ Πηλεὺς Αἰακός· τινὰ παραγωγά, ὥς τὸ ὀρεινός πηγαῖος Πηλείδης Αἰακίδης, ἅπερ οἱ Ἕλληνες πατρωνυμικὰ προσαγορεύουσιν, τινὰ κτητικά, ὥς τὸ Πηλεῖος 〈Αἰάκειος〉. ^[5]

22 ἐκ τούτου τοῦ εἴδους. ἔστιν δὲ καὶ ὑποκοριστικά, ἃ εἰς μείωσιν τῶν ἀπολύτων ὀνομάτων γίνεται ἄνευ τινὸς συγκρίσεως. ἐκεῖνο 〈δὲ〉 μέμνησο, ὅτι αἰεὶ τὰ ὑποκοριστικά τοῖς ἰδίους γένεσιν ὅθεν ὀρμᾶται συμφωνεῖ, ὀλίγα διαφωνεῖ, ὥς τὸ σεῦτλον σευτλίον, μαλάχη μαλάχιον, [ἄρτοκόπος ἀρτοκόπιον ξίφος]. τὰ μονόπτωτα δὲ ὀνόματα καὶ ταῦτα ἃ φύσει ἐνικά ἐστιν, τοῦτ' ἔστιν τὰ στοιχεῖα, ὁμοίως τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ὀρῶν τὰ ὀνόματα κύρια, ὁμοίως αἱ ἑορταί,

ὁμοίως τῶν γραμμάτων τὰ στοιχεῖα, ὁμοίως οἱ ἀριθμοί, μείωσιν, ὃ οἱ Ἕλληνες ὑποκορισμὸν καλοῦσιν, οὐκ ἀναδέχεται. <ἔστιν καὶ ἃ παρὰ τούτων ῥηματικά λέγεται> , ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνοήτως ἐροῦμεν, ὡς ἔστιν ἀπὸ τοῦ λέγω ῥήματος καὶ ἄρπαξ καὶ πλήκτης, ἐκ τούτου ὅτι ἀρπάζω καὶ πλήσσω. Sunt quaedam primae positionis, ut mons fons Peleus Aeacus; quaedam derivativa, ut montanus fontanus Pelides Aeacides, quae Graeci patronymica appellant; quaedam possessiva, ut Peleius Aeaceus. ^[15]

22bis ex hac specie 'Aeneia puppis prima tenet' et Romuleoque recens horrebat regia culmo. sunt et diminutiva, quae in diminutione absolutorum nominum fiunt sine ulla comparatione, ut parvus parvulus, adulescens adulescentulus. illud vero memineris, quod semper diminutiones generibus suis unde oriuntur consonant, pauca dissonant, ut haec rana hic ranunculus, glandium glandicula, beta betaceus, malva malvaceus, pistrinum pistrilla, ut Terentius in Adelphis ensis ensicula et ensiculus: Plautus [in singula et] in Rudente. monoptota vero nomina et haec quae natura singularia sunt, id est elementa, item fluminum et montium nomina propria, item dies festi, item litterarum elementa, item numeri, diminutionem, quod Graeci ὑποκορισμὸν appellant, non recipiunt. <sunt etiam quae ab his ῥηματικά dicuntur> , nos non absurde verba dixerimus, ut est a verbo lego lectio et raptor et percussor ex eo quod <est> rapio et percutio. Τινὰ δὲ γενικά ἐστίν, οἷς πολλὰ περιέχεται ἀνόμοια, ὡς τὸ ζῶον δένδρον. ^[20]

23 ἐκ τούτων δὲ γεννᾶται ἴδια, ἃ διαίρεται καὶ λεπτύνεται ἀπὸ τῆς ἰδίας ἀρχῆς τῆς γενικῆς, ὡς τὸ ἄνθρωπος ἵππος ταῦρος δάφνη πίτυς ὀξέα. τινὰ δὲ πεποιημένα ἐκ τῶν ἥχων ἢ ἀπὸ τῶν φωνῶν, ὡς τὸ τρισμός, κραυγή, ὁ ἦχος τοῦ χαλκοῦ, χρεμετισμός ἵππων, ὀλολυγμός, βρυχηθμός, μυκηθμός. τινὰ δὲ κάτεισιν ἀπὸ τῶν ἐπιρρημάτων, ὡς τὸ ἐχθρῆς σήμεριος αὐρινός ὀψινός σφοδρός ταχύς. ἄλλα ἀπὸ τῶν μετοχῶν πεπλασμένα, ὡς τὸ παίζων ἐπαινῶν δακρῶν ἀσθμαίνων μαινόμενος τεθνηζόμενος, χάσκων ὁ χαίνων, κρούστης ὃς κρούει, μετερχόμενος. ἔστιν ἔτι ἃ οἱ Ἕλληνες ἐπίθετα λέγουσιν, ἃ τοῖς ἐκάστου προσώποις προσβάλλεται ἐπαίνου χάριν ἢ ψόγου, οἶον, ἢ ἐν ψόγῳ . ἀλλὰ ταῦτα πάντα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα εἶδη ἐστὶν ὀνομάτων ἀπολύτως μέντοι ὀνόματα λέγεται καὶ ἐκάστου πράγματος ἢ προσώπου προτάσσεται. Quaedam generalia sunt, quibus multa continentur dissimilia, ut animal arbor. ^[15]

23bis ex his nascuntur specialia, quae dividuntur et minuuntur originibus suis generalibus, ut homo equus taurus laurus pinus fraxinus. quaedam facta a sonis vel a vocibus, ut stridor clangor tinnitus hinnitus ululatus fremitus mugitus. quaedam descendunt ab adverbis, ut hesternus hodiernus crastinus serus nimius citus. alia a participiis figurata, ut ludibundus laudabundus lacrimabundus anhelabundus furibundus moribundus, hiulcus qui hiat, petulcus qui petit. sunt etiam quae Graeci <ἐπίθετα> dicunt, quae cuiuscumque personis adiciuntur laudandi gratia vel vituperandi: laudandi, veluti Lausus equum domitor debellatorque ferarum, vituperandi, veluti 'et ipse doli fabricator Epios'. sed haec omnia quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur et quibusque rebus personisve praeposita sunt. Τινὰ ὀνόματά εἰσιν ἃ καθ' ἑαυτὰ ἄνευ ἐτέρου μέρους λόγου προσβοηθείας νοηθῆναι οὐ δύναται, ὡς πατήρ ἀδελφός ἀναδέχονται γὰρ ἑαυτοῖς καὶ ἐκεῖνα, δι' ὧν νοεῖται. ^[15]

24 ταῦτα παρὰ τῶν Ἑλλήνων τῶν πρὸς τι προσαγορεύονται, τοῦτ' ἔστιν πρὸς τι. ἔστιν καὶ ὅμοια τοῦτ' ἔστιν πρὸς τι κατὰ τινα τρόπον προσέχοντα, ὡς τὸ δεξιός ἀριστερός. Quaedam nomina sunt quae per se sine alterius partis orationis amminiculo intellegi non possunt, ut pater frater; recipiunt enim sibi et illa per quae intelleguntur. ^[5]

24bis

haec a Graecis τῶν πρὸς τι appellantur, id est ad aliquid. sunt et similia τῶν πρὸς τί πως ἔχοντα, id est ad aliquid quodam modo attendentia, ut dexterior sinisterior. Ἔστιν τέ τινα ὁμώνυμα, ἃ μιᾷ προσηγορίᾳ πλείονα σημαίνει, ὡς τὸ ἔγγονος τάξις. ^[5]

25 σημαίνει γὰρ καὶ ὠρισμένον εὐγενείας βαθμὸν καὶ πραγμάτων μαμμῶν καταφαγᾶν. ὁμοίως τὸ acies καὶ ὀφθαλμῶν λέγεται καὶ σιδήρου καὶ στρατοπέδου. τινὰ ἔστιν συνώνυμα, ἃ πλείοσιν λαλιαῖς τὸ αὐτὸ σημαίνει. τινὰ δὲ μέσης δυνάμεως, ἃ τὴν σημασίαν ἀπὸ τῶν συνεζευγμένων λαμβάνουσιν, ὡς τὸ μέγας ἰσχυρὸς ταῦτα γὰρ καθ' ἑαυτὰ οὐδένα ἔχουσιν νοῦν καὶ διὰ τοῦτο παρά τινων προσθῆκαι λέγονται, ὡς τὸ μέγας ἀνὴρ, ἰσχυρὸς στρατός. Sunt quoque quaedam homonyma, quae una appellatione plura significant, ut nepos acies. ^[5]

25bis significat enim nepos et certum cognationis gradum et rei avitae consumptorem. similiter acies et oculorum dicitur et ferri et exercitus. quaedam sunt synonyma, quae pluribus loquelis idem significant, ut terra humus, ensis gladius. quaedam mediae potestatis, quae significationem a coniunctis sumunt, ut magnus fortis. haec enim per se nullum habent intellectum et ideo a quibusdam adiectiones vocantur, ut magnus vir, fortis exercitus. Τοῖς ὀνόμασιν συμβαίνουσιν καὶ συγκρίσεις. ^[10]

26 βαθμοὶ τοιγαροῦν τῶν συγκρίσεών εἰσιν τρεῖς, ἀπόλυτος συγκριτικός ὑπερθετικός. τὰ ὀνόματα τῆς συγκρίσεως ἐπιτέθεται οὐ κυρίως. καὶ γὰρ τὸ doctus συγκρίσεως τρόπος οὐκ ἔστιν, ὅποτε ἀπόλυτος εἴη καὶ μηδενὶ συγκρίνοιτο. ὁμοίως <τὸ doctior> οὐ καλῶς λέγεται συγκριτικός, ὅτι οὐ συγκρίνει, ἀλλὰ ὑπερτιθεῖ. ὅταν γὰρ λέγω 'διδασκαλικώτερος ἐκείνου εἰμί', οὐ συγκρίνω ἑμαυτὸν ἐκείνῳ, ἀλλ' ὑπερτιθῶ. Nominibus accidunt etiam collationes. ^[5]

26bis gradus itaque collationis sunt tres, absolutus, ut doctus, comparativus, ut doctior, superlativus, ut doctissimus. nomina collationis imposita parum proprie. nam et doctus collationis modus non est, cum absolutus sit et nulli comparetur. item doctior non recte dicitur comparativus, quia non comparet, sed superponat. cum enim dico 'doctior illo sum' non comparo me illi, sed superpono. Οὐ πάντα δὲ τὰ ὀνόματα τοὺς βαθμοὺς τῆς συγκρίσεως ἀναδέχονται, ἀλλὰ μόνον ἅπερ ἂν ποιότητα σημαίνει, ὡς τὸ ἀγαθὸς λευκὸς ταχύς, ἢ ποσότητα, ὡς τὸ μακρὸς ὑψηλὸς μέγας. ^[5]

27 τὰ λοιπὰ δὲ οὐκ ἔχει σύγκρισιν, οἷον ἅπερ ἂν σῶμα σημαίνει, ὡς τὸ ἄνθρωπος δένδρον. τινὰ ὀνόματα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ποιότητα σημαίνει, ὅμως τοὺς βαθμοὺς τῆς συγκρίσεως οὐκ ἔχει, ὡς τὸ κενὸς νηφάλιος πένης μέγας. τινὰ εἰσιν ἃ ἕνα μόνον βαθμὸν ἀναδέχεται τὸν συγκριτικόν, ὡς τὸ γέρων γεραιότερος, νέος νεώτερος [νεωτερώτατος γὰρ οὐχί]: τινὰ τὸ ὑπερθετικὸν μόνον, ὡς τό. ἔστιν ὁμοίως ὑπερθετικά ἃ τὸν ἀπόλυτον, τοῦτ' ἔστιν τὸν πρωτότυπον, οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ ἀπὸ ἐπιρρήματος ἔρχεται, ἀπὸ τοῦ prior καὶ primus ἀπὸ τοῦ ἐπιρρήματος <prius>. τινὰ ἔστιν <ἐν> οἷς μόνον ὁ βαθμὸς ὁ ὑπερθετικὸς εὐρίσκεται, ὡς τό. τινὰ ἔστιν ἃ διαφοροῖς τύποις εἰς σύγκρισιν ἔρχεται, ὡς τό. τούτοις γὰρ διὰ πάντων τῶν τριῶν βαθμῶν ἡ σύγκρισις προχωρήσει, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔχει ἕνα τύπον τοῦ ὀνόματος. ἔστιν ἄλλα ἀπόλυτα ἃ οὐδενὶ μὲν βαθμῷ συγκρίσεως τυποῦται, ἀναδέχεται μέντοι τὴν σύγκρισιν, ἔαν αὐτοῖς τὸ μᾶλλον ἐπὶρρημα ζευχθῇσεται, ὡς τό, καὶ τό, ὁμοίως, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου προσβάλλεται. Non omnia autem nomina gradus collationis recipiunt, sed sola quae aut qualitatem significant, ut bonus candidus citus, aut quantitatem, ut longus altus magnus. ^[20]

27bis cetera autem non habent collationem, veluti quae corpus significant, ut homo arbor. quaedam nomina quamquam qualitatem significant, gradus tamen collationis non habent, ut rudis sobrius mediocris grandis. quaedam sunt quae unum tantum gradum recipiunt comparativum, ut senex senior, iuvenis iuvenior [iuvenissimus enim numquam]; quaedam

superlativum tantum, ut pius piissimus, bellus bellissimus. sunt item superlativa quae absolutum, hoc est πρωτότυπον, non habent, sed ab adverbio veniunt, ut ulterior ultimus ab ultra, vel ceterior citius a citra, inferior infimus <ab infra>, superior supremus <a supra>, prior etiam <et> primus <ab adverbio> prius. quaedam sunt <in> quibus tantum gradus superlativus invenitur, ut novissimus summus. quaedam sunt quae diversis figuris in collationem veniunt, ut malus peior pessimus, bonus melior optimus: his enim per omnes tres gradus comparatio processit, nec tamen unam formam nominis tenent. sunt alia absoluta quae nullo quidem gradu collationis figurantur, recipiunt tamen collationem, si illis magis adverbium iungatur, ut magis rudis, magis pius, et maxime similiter, sicut e contrario minus et minime adduntur. Χρώμεθα δὲ τῷ βαθμῷ τῶν συγκριτικῶν ἐν ἐνὶ καὶ ἑτέρῳ σχεδὸν ἴσοις καὶ ὁμοίοις (τῶν γὰρ ἀνομοίων σύγκρισις οὐδεμία ἐστίν), ὡς τὸ 'οὗτοι οἱ δύο ἄνδρες ἰσχυροί, ἀλλὰ οὗτος τοῦ ἑτέρου ἰσχυρότερος'. [20]

28 ὁμοίως ὁ συγκριτικὸς βαθμὸς καὶ τούτοις τοῖς τοῦ αὐτοῦ γένους οὖσιν καὶ τούτοις τοῖς ἑτέρου οὖσιν συγκρίνεται, ὡς τὸ ἵππος θάσσω ἵππου λέγεται τοῦ ὁμογενοῦς ὄντος, ὁμοίως θάσσω κυνὸς τοῦ ἑτερογενοῦς. ὁ ὑπερθετικὸς δὲ τούτων μόνον τῶν ὁμογενῶν ὄντων προτάσσεται. ταχύτατος γὰρ ἵππος οὐ λέγεται, ἐὰν μὴ ἵπποις συγκρίνηται. τοιγαροῦν ὁ ὑπερθετικὸς βαθμὸς ἢ πάντων τῶν ὁμογενῶν προτάσσεται ἢ οὐδενός. ἴσθι δὲ τὸν συγκριτικὸν βαθμὸν τὴν πτῶσιν τὴν ἀποκομιστικὴν ἔλκειν καὶ ἐν τῷ ἐνικῷ ἀριθμῷ καὶ ἐν τῷ πληθυντικῷ, ὡς τό . ὁ ὑπερθετικὸς δὲ τὴν πτῶσιν τὴν γενικὴν ἔλκει καὶ μόνον πληθυντικῷ ζεύγνυται ἀριθμῷ, ὡς τό λέγεται. Utimur autem gradu comparativorum in uno et altero prope aequalibus ac similibus (nam dissimilium comparatio nulla est), ut 'hi duo viri fortes, sed hic altero fortior'. [15]

28bis item comparativus gradus et his qui sui generis sunt et his qui alterius sunt comparatur, ut equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est, item velocior cane, qui alterius generis est. superlativus vero his tantum qui sui generis sunt praeponitur. nam velocissimus equus non dicitur, nisi equis comparatus sit. itaque superlativus gradus aut omnibus sui generis praeponitur, ut 'o Danaum fortissime gentis Tydides', aut nullis. scito autem comparativum gradum casum ablativum trahere tam numeri singularis quam pluralis, ut doctior illo, doctior illis. superlativus vero casum genetivum trahit et tantum plurali iungitur numero, ut omnium iustissimus dicitur. DE PRONOMINE Pronomen est pars orationis quae pro ipso posita nomine minus quidem plene, idem tamen significat, ut ego tu hic ille. [1]

29 (τ) pronomini accidunt qualitas genus figura numerus casus persona. qualitas pronominum aut finita est aut infinita. finita est quae notat certam personam, ut ego tu ille. infinita est quae cuilibet personae potest accommodari, <ut> quis qualis quae. genera pronominum sunt IIII, masculinum ut hic, femininum ut haec, neutrum ut hoc, commune ut ego. figura pronominum duplex est: aut enim simplicia sunt, ut quis ego, aut composita, ut quisquis egomet. numeri sunt II, singularis ut hic, pluralis ut hi. communis quoque numerus invenitur. dicimus enim qui vir et qui viri. casus quibus declinantur totidem quot et nominum. personae tres, ego tu ille. sunt et pronomina ad aliquid, ut meus tuus; nam et haec sine altero non possunt intellegi. Ἐγώ ego, ἐμοῦ mei vel mihi, ἐμοί mihi, ἐμέ me, ἐγώ o ego (sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit o ego, nisi o exclamatio sit, ut apud Horatium 'o ego infelix, quem tu fugis'), ἀπ' ἐμοῦ a me; pluralis ἡμεῖς nos, ἡμῶν nostrum, ἡμῖν nobis, ἡμᾶς nos, ὧ ἡμεῖς o nos (nec pluralis habet vocativum, nisi aequae exclamatio sit, <ut> cum dicimus 'o nos felices'), ἀφ' ἡμῶν a nobis. [5]

30 pronomine hoc trium generum est commune. σύ tu, σοῦ tui vel tui, σοί tibi, σέ te, ὧ σύ o tu, ἀπὸ σοῦ a te; pluralis ὑμεῖς vos, ὑμῶν vestrum, ὑμῖν vobis, ὑμᾶς vos, ὧ ὑμεῖς o vos, ἀφ' ὑμῶν a

vobis. hoc quoque pronomen omnium generum est commune. non est refutanda eorum
 〈sententia〉, qui dixerunt in quibusdam pronominebus vocativum non posse cadere, cum
 etiam paene in omnibus 〈pronominebus non〉 debeat esse vocativus. sed nos, non quod
 refragamur 〈rationi〉, vocativum adiecimus, sed quoniam contextum declinationis habere
 voluimus, inseruimus, quamquam non solum vocativum non invenimus, verum etiam in
 quibusdam casus deficere videmus. Trigena abhinc. ^[15]

31 οὗτος τούτου καὶ αὕτη ταύτης καὶ τοῦτο τούτου hic haec hoc huius huic hunc hanc hoc, o tu,
 ab hoc ab hac ab hoc; pluraliter οὗτοι τούτων καὶ αὗται τούτων καὶ ταῦτα τούτων hi hae haec,
 horum harum horum, his, hos has haec, o vos, ab his. αὐτὸς αὐτοῦ καὶ αὕτη αὐτῆς καὶ αὐτὸ
 αὐτοῦ is ea id, eius, ei, eum eam id, o is o tu o id, ab eo ea eo; pluraliter αὐτοὶ αὐτῶν καὶ αὗται
 αὐτῶν καὶ αὐτὰ αὐτῶν ii eae ea, eorum earum eorum, iis eis eis, eos eas ea, o ii o eae o ea, ab
 iis ab eis ab eis. οὗτος τούτου καὶ αὕτη ταύτης καὶ τοῦτο τούτου iste ista et istaec istud et istuc,
 istius, isti, istum istunc istam istanc istud et istuc, o iste ista istud istuc, ab isto ab istoc;
 pluraliter οὗτοι τούτων καὶ αὗται τούτων καὶ ταῦτα τούτων isti istae ista et reliqua. αὐτὸς
 αὐτοῦ καὶ αὕτη αὐτῆς καὶ αὐτὸ αὐτοῦ ipse ipsa ipsum et reliqua; pluraliter αὐτοὶ αὐτῶν καὶ
 αὗται αὐτῶν καὶ αὐτὰ αὐτῶν ipsi ipsae et reliqua. ipsum quare non ipsud, ut illud et istud?
 quoniam veteres nominativum masculinum non ipse dicebant, sed ipsus, quod etiam in
 comoediis veteribus invenimus. ἐκεῖνος ἐκείνου καὶ ἐκεῖνη ἐκείνης καὶ ἐκεῖνο ἐκείνου ille illa
 illud, ab illoc et reliqua; pluraliter ἐκεῖνοι ἐκείνων καὶ ἐκεῖναι ἐκείνων καὶ ἐκεῖνα ἐκείνων illi
 illorum illae illarum illa illorum. Infinitiva τίς ἢ ποιὸς τινὸς ἢ ποιοῦ καὶ τίς ἢ ποιά τινὸς ἢ
 ποιᾶς καὶ τί ἢ ποιὸν τινὸς ἢ ποιοῦ [καὶ ὅς καὶ αἶ καὶ ᾶ καὶ ποσά] quis et qui quae quod cuius;
 pluraliter τινὲς ἢ ποιοὶ τινῶν ἢ ποιῶν καὶ τινὲς ἢ ποιαὶ τινῶν ἢ ποιῶν καὶ τινὰ ἢ ποιά τινῶν ἢ
 ποιῶν qui quae quae quorum quarum quorum et reliqua. ^[5]

32 sed veteres nominativum pluralem quis dixerunt regulam secuti. unde etiam dativus mansit in
 consuetudine; nam dicimus quibus pro quis et pro quibus quis non numquam dicimus. τίςποτε
 ἢ ποιόςποτε τινόςποτε ἢ ποιοῦποτε καὶ τίςποτε ἢ ποιάποτε τινόςποτε ἢ ποιᾶςποτε καὶ τίποτε ἢ
 ποιόνποτε τινόςποτε ἢ ποιοῦποτε, ἕκαστος ἕκαστη ἕκαστον καὶ ἕκαστον quisque quaeque
 quodque; τὰ δὲ ἑλληνικὰ τοῦ πληθυντικοῦ ταῦτα, pluraliter τινέςποτε ἢ ποιοίποτε τινῶνποτε ἢ
 ποιῶνποτε καὶ τινέςποτε ἢ ποιαίποτε τινῶνποτε ἢ ποιῶνποτε καὶ τινάποτε ἢ ποιάποτε
 τινῶνποτε ἢ ποιῶνποτε, ἕκαστοι ἕκασται ἕκαστα quique quaeque quaeque et reliqua.
 ὅστιςδήποτε ἢ ὅποιοςδήποτε τινοςδήποτε ἢ ποιο δήποτε καὶ τισδήποτε ἢ ποιαδήποτε
 τινοςδήποτε ἢ ποιαςδήποτε καὶ τιδήποτε ἢ ποιονδήποτε τινοςδήποτε ἢ ποιουδήποτε
 quiscumque quaecumque quodcumque; pluraliter τινεςδήποτε ἢ ποιοιδήποτε τινωνδήποτε ἢ
 ποιωνδήποτε καὶ τινεςδήποτε ἢ ποιαιδήποτε τινωνδήποτε ἢ ποιωνδήποτε καὶ τιναδήποτε ἢ
 ποιαδήποτε τινωνδήποτε ἢ ποιωνδήποτε quicumque quaecumque quaecumque. ἄλλος ἄλλου
 καὶ ἄλλη ἄλλης καὶ ἄλλο ἄλλου alius alia aliud; pluraliter ἄλλοι ἄλλων καὶ ἄλλαι ἄλλων καὶ
 ἄλλα ἄλλων alii aliae alia. ἕτερος ἑτέρου καὶ ἑτέρα ἑτέρας καὶ ἕτερον ἑτέρου alter altera
 alterum. οὐδέτερος οὐδετέρου καὶ οὐδετέρα οὐδετέρας καὶ οὐδέτερον οὐδετέρου neuter neutra
 neutrum neutrius; pluraliter οὐδέτεροι καὶ οὐδέτεραι καὶ οὐδέτερα οὐδετέρων neutri neutrae
 neutra. ἕκαστος ἕκαστη ἕκαστον uter utra utrum; pluraliter ἕκαστοι ἕκασται ἕκαστα utri utrae
 utra. ἑκάτερος ἑκατέρου 〈καὶ〉 ἑκάτερα ἑκατέρας καὶ ἑκάτερον ἑκατέρου uterque utraque
 utrumque; pluraliter ἑκάτεροι καὶ ἑκατέραι καὶ ἑκάτερα ἑκατέρων utrique utraeque utraque.
 ἑκάτερος ἑκάτερα ἑκάτερον alteruter alterutra alterutrum. εἷς μία ἓν unus una unum,
 unusquisque. τίς τινός, ἄρσενικὸν καὶ θηλυκόν, καὶ οὐδέτερον τὶ τινός quidam quaedam
 quoddam; pluraliter τινὲς καὶ τινὰ quidam quaedam quaedam. τίς aliquis aliqua aliquod;

pluraliter τινές aliqui aliquae aliqua; in masculino antiqui aliquis dicebant nominativo plurali, unde mansit aliquibus. τίςποτε τινόςποτε καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ τὸ αὐτό, οὐδετέρου δὲ τίποτε τινόςποτε ullus ulla ullum; pluraliter τινέςποτε καὶ οὐδετέρου τινάποτε τινῶνποτε ulli ullae ulla. οὐδεὶς οὐδεμία οὐδέν nullus nulla nullum; pluraliter οὐδένες οὐδεμῖαι οὐδένα οὐδένων nulli nullae nulla. ὅλος ὅλου ὅλη ὅλης ὅλον ὅλου totus tota totum; pluraliter toti. ὁποῖος ὁποίου καὶ ὁποία ὁποίας, ὁποῖον δὲ ὁποίου ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς οὐ κλίνεται, qualis quale; pluraliter ὁποῖοι καὶ ὁποῖαι ὁποῖων quales qualia. τοιοῦτος καὶ τοιαύτη talis tale; pluraliter τοιοῦτοι καὶ τοιαῦται τοιούτων tales talia; ἐν δὲ τοῖς ἑλληνικοῖς καὶ τὰ οὐδέτερα κλίνεται οὕτως, τὰ τοιαῦτα τῶν τοιούτων. ^[45]

32 (50) ὁπόσος ἢ ὅσος καὶ ὁπόση ἢ ὅση καὶ ὁπόσον ἢ ὅσον quantus quanta quantum; pluraliter ὁπόσοι καὶ ὁπόσαι καὶ ὁπόσα ὁπόσων quanti quantae quanta et reliqua. τοσοῦτος καὶ τοσαύτη καὶ τοσοῦτον tantus tanta tantum; pluraliter τοσοῦτοι καὶ τοσαῦται καὶ τοσαῦτα τοσούτων tanti tantae tanta. πόστος πόστη πόστον quotus quota quotum; pluraliter πόστοι πόσται πόστα quoti quodae quota. Κτητικά possessiva. ^[55]

33 ἐμός καὶ ἐμή καὶ ἐμόν meus mea meum; pluraliter ἐμοὶ καὶ ἐμαὶ καὶ ἐμὰ ἐμῶν mei meae mea. sed veteres mius dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut sit o mi. nam omnia nomina, quae nominativo ante us novissimam syllabam i habent, vocativo i terminantur, veluti Sallustius o Sallusti. σὸς σοῦ σὴ σῆς σὸν σοῦ tuus tua tuum; pluraliter σοὶ σοὶ σῶν tui tuae tua. Ex his pronomibus aliquot sunt quae adverbialiter quodam modo intelleguntur. ^[5]

34 sed et si qua alia pronomina inciderunt, <adnotare> non pigebit. αὐτὸς αὐτοῦ αὐτὴ αὐτῆς αὐτὸ αὐτοῦ idem eadem idem; pluraliter αὐτοὶ αὐταὶ αὐτὰ αὐτῶν iidem eadem eadem. quispiam. ὅστις οὗτινος ἤτις ἤστινος ὅτι οὗτινος cuius cuiā cuium cuii cuiāe cuii; pluraliter οἵτινες αἵτινες ἅτινα cuii cuiāe cuiā. ἴδιος ἰδία ἴδιον suus sua suum; pluraliter ἴδιοι ἴδιαι ἴδια sui suae sua. ἡμέτερος ἡμέτερα ἡμέτερον noster nostra nostrum; pluraliter ἡμέτεροι ἡμέτεραι ἡμέτερα nostri nostrae nostra. ὑμέτερος ὑμέτερα ὑμέτερον vester vestra vestrum; pluraliter ὑμέτεροι ὑμέτεραι ὑμέτερα vestri vestrae vestra. εἰσὶν ἄνευ ὀνομαστικῆς καὶ κλητικῆς sunt sine nominativo et vocativo ἑαυτοῦ ἑαυτῆς ἑαυτῶν sui ἑαυτῷ ἑαυτῇ ἑαυτοῖς sibi ἑαυτὸν ἑαυτὴν ἑαυτὸ ἑαυτοὺς ἑαυτὰς ἑαυτὰ se vel sese ἄφ' ἑαυτοῦ ἄφ' ἑαυτῆς ἄφ' ἑαυτῶν a se. ἄμφω ambo. Περὶ συνθέσεως μεσοπτῶτων ὀνομάτων. ^[15]

35 παρὰ μὲν Ῥωμαίοις πέντε ἡγοῦνται μόρια τῆς ἐπιπλοκῆς ἐν τῇ ἐσχάτῃ συλλαβῇ τῶν πτώσεων, que cumque dam dem riam, ἐξ ὧν τὰ μεσόπτωτα συνίσταται οὕτως, quisque quiscumque quidam idem quispiam. τούτων γὰρ ἡ γενικὴ διὰ τοῦ cuius καὶ eius προηγείται, παρὰ δὲ Ἑλλήσιν γ' ἡγοῦνται μόρια, ποτε δηποτε δε, ἐξ ὧν τὰ μεσόπτωτα συνίσταται οὕτως, τίςποτε ἢ ποιόςποτε καὶ τιςδήποτε ἢ ποιοςδήποτε καὶ τοιόςδε. τούτων δὲ αἱ γενικαὶ διὰ τῆς κλίσεως τῶν προηγουμένων θέσεων, ὡς τὸ τινόςποτε καὶ τινοςδήποτε καὶ τοιοῦδε. Ποιότης ῥημάτων ἐν πόσοις ἐστὶν τύποις; τέσσαρσιν, ἀπολυτικῇ, οἷον ἀναγινώσκω, μελετητικῇ, οἷον ἐπιθυμῶ ἀναγινώσκω, συνεχείας σημαντικῇ, οἷον συνεχῶς ἀναγινώσκω, ἀρκτικῇ, οἷον ἄρχομαι ζέειν, ἄρχομαι θερμαίνεσθαι. ^[10]

36 Ἐγκλίσεις πόσαι εἰσὶν; πέντε, ὀριστική, οἷον φιλῶ διδάσκω ἀναγινώσκω, προστακτικός, οἷον φίλει δίδασκε ἀναγίνωσκε, εὐκτική, οἷον φιλοῖην καὶ εἶθε φιλοῖην διδάσκοιμι ἀναγινώσκοιμι, συνζευκτικός, <οἷον> ὅταν φιλῶ διδάσκω ἀναγινώσκω, ἀπαρέμφατος, <οἷον> φιλεῖν διδάσκειν ἀναγινώσκειν. Σημασίαι [διαθέσεις] ῥημάτων πέντε, ἐνεργητικὴ παθητικὴ οὐδέτερα ἀποθετικὴ κοινή. Χρόνοι ῥημάτων τρεῖς, ἐνεστώς, οἷον φιλῶ διδάσκω

ἀναγιγνώσκω, παρωχημένος, οἷον ἐφίλησα, μέλλων, οἷον φιλήσω. πόσαι εἰσὶν τοῦ χρόνου διαφοραί; πέντε, ἐνεστώς, παρωχημένος παρατατικός, παρωχημένος ἀόριστος, παρωχημένος ὑπερσυντελικός, μέλλων. DE VERBO Qualitas verborum in quot est formis? IIII, absoluta, ut lego, meditativa, ut lecturio, frequentativa, ut lectito, inchoativa, ut fervesco calesco. ^[1]

36bis (t) Modi quot sunt? V, indicativus, ut amo doceo lego; imperativus, ut ama doce lege; optativus, ut amarem et utinam amarem docerem legerem; coniunctivus, <ut> cum amem doceam legam; infinitivus, <ut> amare docere legere. Significationes verborum V, activa passiva neutra deponens communis. Tempora verborum III, praesens, ut amo doceo lego, praeteritum, ut amavi, futurum, ut amabo. quot sunt tempora variata? V, praesens, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, futurum. Συνεκκλιτικά ἑξῆς. ^[10]

37 εἰμί εἴ ἐστίν ἐσμέν ἐστέ εἰσίν, ἐγενόμην ἐγένου ἐγένετο ἐγενόμεθα ἐγένεσθε ἐγένοντο, ἤμην ἥς ἦν ἤμεν ἦτε ἦσαν, γέγονα γέγονας γέγονε γεγόναμεν γεγόνατε γεγόνασιν. εἶην ἢ ἤμην, εἶς ἢ ἦς, εἶη ἢ ἦν, εἶμεν ἢ ἤμεν, εἶητε, εἶσαν ἢ ἦσαν· γεγόνειν γεγόνεις γεγόνει γεγόνειμεν γεγόνειτε γεγόνεισαν· εἶην εἶς εἶη εἶμεν εἶητε εἶσαν· γενοίμην γένοιο γένοιτο γενοίμεθα γένοισθε γένοιντο. ἔσομαι ἔσει ἔσται ἐσόμεθα ἔσεσθε ἔσονται, γενήσομαι γενήσει γενήσεται γενησόμεθα γενήσεσθε γενήσονται. Coniugationes verborum. ^[5]

37bis Sum es est, pluraliter sumus estis sunt; fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt; eram eras erat, pluraliter eramus eratis erant, fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant. essem esses esset, pluraliter essemus essetis essent; fuisset fuisses fuisset, pluraliter fuisset fuissetis fuissent; sim sis sit, pluraliter simus sitis sint; fuerim fueris fuerit, pluraliter fuerimus fueritis fuerint. ero eris erit, pluraliter erimus eritis erunt; fuero fueris fuerit, pluraliter fuerimus fueritis fuerint. Edo es est estis κατέφαγον edi; imperativus es este esto estote, item passivo estor et editor, ἐκδίδωμι. θέλω volo vis velite, velito velitote ἵπταμαι volo volas, κυλίω volvo volvis. ἐξυπνίζομαι expergefio, ἐξυπνίζω expergefacio, calfio calfacio, ξηραίνομαι arefio, ξηραίνω arefacio, ἐθίζομαι assuefio, ἐθίζω assuefacio, ἡμεροῦμαι mansuefio, ἡμερῶ mansuefacio, τήκομαι liquefio, τήκω liquefacio, χλιαίνομαι tepefio. μισῶ odi μισοῦμαι odit me. tollo sustuli, ferio ictus sum, meto messum feci, metor messus sum. αἰσχύνομαι pudet me te illum. impersonalia participia non habent neque activa neque passiva. sunt autem passiva impersonalia aut quarti aut primi ordinis. his non qui facit quid, sed quid faciat demonstratur, ut 'pugnatur comminus armis', item pugnatum est, 'discumbitur ostro'. accommodantur loco tempori personis adverbio, ut bene illo loco studetur, bene illa hora studetur, bene apud Sacerdotem studetur. DE PARTICIPIO Participium est dictio originem trahens a nomine et a verbo cum tempore et casu et genere. ^[1]

38 (t) participium autem dictum videtur, quod partem capiat nominis, partem verbi. participio accidunt a nomine genus et casus, a verbo qualitas et tempus, ab utroque numerus et figura. genera participiis accidunt, masculinum ut hic factus, femininum, ut haec facta, neutrum, ut hoc factum, commune, ut faciens; tempora, praeteritum, ut iaculatus, praesens, ut iaculans, futurum, ut iaculaturus. qualitas participiorum sicut verborum. aut enim agentia sunt aut patientia aut communia aut neutra aut deponentia. convivendus non dicimus. convivendum tamen dicimus figura ista, qua in omnibus verbis utimur, luctandum mihi est. numeri duo, singularis et pluralis. figurae duae, simplex et composita. Sunt multa nomina, quae speciem participiorum habent, ut tunicatus galeatus; quae <quia> partem a verbo non habent, non recte participia dicuntur. sunt aequalia nomina, quae nominativo casu participiis similia videntur, ut cultus passus visus, quorum discretio declinatione detegitur. Illud observandum est, impersonalium verborum omnino participia non esse, quamvis visum fuerit Sallustio

dicere 'paenitentem Lepidum'; et pudens. sed magis appellatio quam participium est, ὁ αἰσχυνηρός, unde inpudens ὁ ἀναίσχυντος. DE ADVERBIO Adverbia aut suae positionis sunt aut ab aliis transeunt. ^[1]

39 (τ)

a se nascuntur, ut heri nuper, ab aliis <ut> docte prudenter. adverbio accidunt significatio comparatio figura. Σημασίαι ἐπιρρημάτων πολλάι εἰσιν significationes adverbiorum multae sunt.

40

σημαίνει γὰρ χρόνον ὠρισμένον significant enim tempus finitum, ὡς σήμερον ut hodie, αὔριον cras, μετὰ τὴν αὔριον perendie, εἰς τὴν τρίτην die tertio, εἰς τὴν τετάρτην ἡμέραν die quarto, χθές here et heri, τρίτην ἡμέραν nudius tertius, πρωὶ mane, ὀψέ ἑσπέρα vespere et vesperi, νυκτός nocte, νύκτωρ noctu, ἡμέρας καὶ μεθ' ἡμέραν interdiu, πρὸ μιᾶς pridie, τῇ ὑστέρᾳ postridie; tempus infinitum, ποτέ καὶ πάλαι olim, ποτέ aliquando, ὅσακιςδὴποτε quando <cumque> , ἔναγχος πρώην nuper, ἤδη πάλαι iam pridem, ἄλλοτε alias, ἤδη λοιπὸν τοῦντεῦθεν iam, τότε tum, ἔτι καί, ἔτι καὶ τότε etiamtum, ἐκτόθεν ἐκεῖθεν inde, πάλαι dudum, πώποτε umquam, οὐδέποτε numquam, ἔπειτα ὕστερον εὐθέως μοχ, καθ' ἡμέραν cottidie, μεταξὺ ἐν τοσοῦτῳ interea, ἐν τῷ παρόντι interim, εὐθέως statim, αἰφνιδίως subito, ἐξαίφνης repente, παραχρῆμα extemplo, νεωστί recens, ἤδη πάλαι iamdudum, ἐνίοτε ἔσθ' ὅτε interdum, συνεχῶς subinde, τὰ μάλιστα cummaxime, νῦν nunc, παραυτίκα confestim, ἐξαυτῆς actutum, ἤδη ποτέ tandem aliquando, εὐθέως ilico, ἔσθ' ὅτε nonnumquam, αἰεί semper, ἐν τοσοῦτῳ tantisper. ἐπ' ὀλίγον paulisper, μετέπειτα postea, μετὰ ταῦτα post, μετὰ ταῦτα posthac, πρὸ τούτων καὶ πρὸ τούτου antehac, ἕως dum, μέχρι donec, ἅμα τε simulatque, πρὶν ἢ antequam, μετὰ τό postquam, συνεχῶς frequenter, μόλις ἅμα vix, ἐπὶ πολὺ diu, ἐπὶ πλέον diutius, ἐπὶ πλεῖστον diutissime, ὀψέ sero. ποσότητος quantitatis, ἱκανόν sat, ἱκανῶς satis, ἥττον parum, δαψιλῶς πλημμυρόντως abunde, ἔτι [τε] etiam [ne], λίαν perquam, πάνυ admodum, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον plerumque, πάνυ nimis, ἐκ περισσοῦ insuper, περαιτέρω amplius, ἥττον minus, πεπληρωμένως plene, ταπεινῶς humiliter, ὑψηλῶς μεγάλως ἐξαισίως vaste, ὑπερβολῇ ἄγαν nimis, λίαν valde, δαψιλῶς large, κατακόρως affatim. εἰς τόπον in locum, ποῖ quo, ποῦ ubi, ὧδε huc, ἐκεῖσε illuc, ἔσω intro, ἔξω foras, εἰς τὰ δεξιὰ dextrorsum, εἰς τὸ ἐσώτερον introrsum, εἰς τοῦπίσω retrorsum, κατ' ἰδίαν seorsum, ἐκατέρωσε utroque, ὁποτέρωσε utro, ἐν οὐδενί neutro; in loco infinita, ὅπου ubi, ὅπουδὴποτε ubicumque, ποῦ ubi, ἐνθάδε hic, ἐκεῖσε illic, ἐνθάδε istic, ἐκεῖ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ibidem, ἔνδον intus, ἐνδοτέρω penitus, ἔξω foris, πανταχῇ passim, πούποτε usquam, οὐδαμοῦ nusquam, πούποτε alicubi, ἀμφοτέρωθι utrubi, οὐδοποτέρωσε neutrubi, ἄνω susum, κάτω deorsum, ἐκεῖ ἐν τῷ αὐτῷ ibi, μακράν longe, ὕπερθεν insuper; <e loco infinita> , πόθεν unde, ὁθενδὴποτε undecumque, πανταχόθεν [ἐκεῖθεν] undique, ἐντεῦθεν hinc, ἐντεῦθεν ἐκεῖθεν istinc, ἐκεῖθεν inde, ἐκεῖθεν illinc, ἐκεῖθεν illim, ἐκ τοῦ αὐτοῦ indidem, ἐκατέρωθεν utrimque, ἔνδον intus, ἀλλαχόθεν aliunde, ἀπεντεῦθεν dehinc, ἄπωθεν eminus, ἐκ τοῦ σύνεγγυς comminus; per locum infinita, ποῖα qua, ὁποιαδὴποτε quacumque, ταύτῃ hac, ταύτῃ ἐκεῖ ἐντεῦθεν istac, ἐκείνῃ illac, οὐδεμιᾷ nulla, ὀρθῇ εὐθείᾳ recta; per locum <et e loco in> finita, ἄνωθεν susum, κάτωθεν deorsum, ἐπάνωθεν supra, ὑποκάτωθεν infra, ἔξωθεν extra, ὑπέρ ultra, ἐντός cis, ἔσωθεν intra, ἐπάνωθεν desuper, ὑποκάτωθεν subter, ἐκτός extra, πρὸ ante, μετὰ post. ^[45]

40 (50)

ἀριθμοῦ numeri, ἅπαξ semel, δὶς bis, τρίς ter, τετράκις quater <et> deinceps, ὅσακιςδὴποτε quotienscumque, πρῶτον primo, ἐκ δευτέρου secundo, ἐκ τρίτου tertio et deinceps, πολλάκις saepe, πλεονάκις saepius, πολλαχῶς saepissime. adfirmandi, δηλαδή scilicet, δηλαδή videlicet, nimirum, ilicet, quid <ni> , utique, quippe, profecto, φανερώς plane, ὁμολογουμένως sane, ἰσταμένως certe, μενοῦνγε immo, οὐχὶ ἄρα nonne. demonstrandi, ἰδοὺ en, ἰδοὺ ecce, ἰδοὺ em.

ordinis, ἔξῃς deinceps, ὕστερον post, πρότερον ante, τότε tunc, ἐκεῖθεν ἔπειτα inde. percunctandi, διὰ τί quare, τί quid, τί οὕτως quid ita, διὰ τί cur, μή τι numquid, διὰ τί ἵνα τί cur ita, οὐχί nempe, πότερον ἄρα utrumne, ἄρά τι etquid, πῶς, τίνα πρόπον quomodo, οὕτως ἄρα sicine, τί ἄρα quidnam. congregandi, ὁμοῦ una, ἅμα simul, ὁμοῦ pariter. dubitandi, τυχόν fors, τυχόν ἴσως forsitan, τυχόν ἴσως fortasse, τυχόν fortassis. ἰσότητος similitudinis, οὕτως ita, ὁμοίως perinde, καθάπερ ceu, ὥσεί perinde ac si, ἴσως aequae, ὥς ut, ὥσπερ quasi, ὃν τρόπον quemadmodum, ὁποίως qualiter, τοιούτως taliter, ὁμοίως similiter, ὁμοίως ἴσως aequaliter, ὥσπερ sicut, ὁμοίως item, οὐκ ἄλλως non secus, οὐχ ἑτέρως non aliter, ὥσπερ tamquam, ὥσάν prout, οὕτως adeo. personalia, μετ' ἐμοῦ mecum, σὺν σοί tecum, μεθ' ἡμῶν nobiscum, μεθ' ὑμῶν vobiscum, τὰ ἐμά τὰ σά mea tua, τὰ ἡμέτερα nostra, τὰ ὑμέτερα vestra, μεθ' ἑαυτοῦ μεθ' ἑαυτῶν secum. hortandi, εἶα heia, ἄγε age, ἄγε δή agedum. προσφωνήσεως compellendi, ὦ ὦ heus. respondendi heu. optandi εἴθε utinam. prohibendi, μή ne, μήτε neve. Figura in adverbiiis, sicut in omnibus partibus orationis, aut simplex <est>, ut iuste, aut composita, ut iniuste.

[80]

- 41 comparisonem recipiunt adverbia, quotiens appellationes unde transeunt comparantur, ut docte doctius doctissime, quod est doctus doctior doctissimus. recipiunt et deminutionem, ut meliuscule. adverbiiis omnibus praepositio separatim adiungi non debet. Omnia adverbia quae fiunt ex appellationibus a secundae tertiaeque declinationis nominibus sumuntur, ut a lepido lepide et a suavi suaviter. [5]
- 42 adverbia inveniuntur per e productam, ubi genetivus in i desinit; cum vero per is effertur, tunc etiam per ter, ut mirus <miri> mire, <prudens> prudentis prudenter. excipiuntur a secundo ordine haec, quae non servant formam, sed confundunt rationem, bonus et malus per e correptam bene et male; item a tertio ordine facilis vilis impunis repens; haec enim facile vile impune repente faciunt. [sequitur] solent aliqui quaerere, certe an certo, quod nihil referre existimo. etenim ratio exigit certe, vocalitas vero certo; illud igitur erit rationis, hoc vocalitatis. illud vero est vitiosum, quod multi dicunt, largiter duriter, ignorantes rationem et nitentes auctoritate, cum et illi auctores, qui semel largiter ac duriter dixerunt, saepius large et dure dixerint. sed nec hoc te <debet> praeterire, quod nec difficilis, quamquam sit compositum a facilis, rationem sequitur, sed utrumque confundit, et pro difficiliter dicimus difficulter. similiter et audax audacter, non audaciter. Sunt alia adverbia qualitatis, quae neque per e neque per ter efferuntur, sed per us, ὥς θεμελίόθεν ut funditus, οὐρανόθεν caelitus, ἀνθρωπόθεν humanitus, ῥιζόθεν stirpitis, ὀδάξ mordicus. [20]
- 43 item sunt quae in im ac tim terminantur, ut πληκτικῶς caesim, συνεχῶς continuatim, ἀρπαγηδόν raptim, τροχαλῶς cursim, ἐσφιγμένως strictim, ἀγεληδόν gregatim, κεχωρισμένως separatim, ἰδίᾳ privatim, ἐκ μέρους partim, κατὰ προχώρησιν ἡρέμα pedetemptim, ἐκ τοῦ πρὸς ὀλίγον paulatim, κατὰ λεπτόν minutim, ἡρέμα λάθρᾳ sensim, κλεψιμαίως furtim, ἐπίτηδες deditim, δρεπτικῶς carptim, κατὰ ἄκρον summatim, εὐθέως statim, πανταχοῦ passim, ἐξαιρέτως praesertim, ἀμοιβηδόν vicissim. item sunt quae in o terminantur, ut ἐπίτηδες consulto, ἀσφαλῶς tuto, λάθρᾳ clanculo clandestino, διστακτικῶς dubio, πλαστῶς pseudῶς falso, μάτην supervacuo, ταχέως cito, κατ' ἰδίαν secreto, δισχιδῶς bipertito, τρισχιδῶς tripertito, τετρασχιδῶς τετραμερῶς quadripartito, τυχηρῶς fortuito, ἀορίστως ἀπεράντως infinito, εὐθέως continuo, πρώτως primo, προσδεδοκημένως opinato, δηλαδὴ profecto, μεγάλως magno, σπανίως raro, δικαίως ἀξίως merito, ἀναξίως inmerito, ἀμελῶς otio, πυκνῶς crebro, παντελῶς omnino, αὐθαιρέτως ultro. item sunt quae in am terminantur, ut λάθρᾳ clam, μάτην nequiquam, φανερῶς palam, ἐξ ἐναντίας obviam, διχῶς bifariam, τριχῶς

trifariam, τετραχῶς quadrifariam, πολλαχῶς multifariam, φανερώς coram, προπετῶς ἄλλως perperam. sunt quae in u terminantur, ut τῷ λέγεσθαι dictu, τῷ γενέσθαι factu. item sunt quae in a terminantur, ut μάτην frustra, <ἐπίτηδες dedita>, ἀδίκως iniuria. sunt alia in e <vel ter sine> prototypo, velut προπετῶς temere, πολυτελῶς abunde, δικαίως iure, ἐν τῷ αὐτῷ obiter. item haec adverbia πρωτότυπον non habent, velut post posterius postremum, supra superius supremum, infra inferius infime, <prope> propius proxime, extra exterius extremo, ultra ulterius ultimo, citra citerius citime. penes et penitus non habent ex se comparativa nec superlativa, ut supra scripta adverbia. DE PRAEPOSITIONE Praepositio est pars orationis, quae praeposita alii parti orationis significationem eius immutata aut implet aut simplicem servat, ut inscribo. ^[1]

44 (τ) praepositionum aliae semper componuntur cum aliis partibus orationis, ita ut <in> unitatem veniant neque umquam separatim dicantur. sunt autem hae, con co re di dis am se, ut conplector coarguor resero diduco discurro amplector secedo. aliae sic separantur, ut numquam in unitatem veniant cum aliis partibus orationis, ut apud penes. aliae et coniunguntur et separantur, ut sub ex in de pro ab. Sunt praepositiones quae accusativo casui serviunt, ut πρὸς ad, παρὰ apud, πρό ante, κατέναντι contra adversum, περί circa, ἐντός cis, ἐντός citra, περί circum, περί circiter, περί erga, ἐκτός extra, ἐντός intra, μεταξύ inter, ἐγγύς ἐντός iuxta, ὑποκάτω infra, κατά in, διά ob, μετά post, διά propter, ἐγγύς prope, ὀπίσω ὀπισθεν pone, παρεκτός praeter, ἐντός penes, διά per, ὑπὸ subter subtus sub, κατά secundum, ἐπάνω super, ὑπέρ supra, πέραν trans, μέχρις usque, ὑπέρ ultra. ^[5]

45 sunt praepositiones quae ablativo casui serviunt, ut ἀπό a, ἀπό ab abs, μετά cum, ἐπί coram, περί de, ἐκ ἀπό ex, ἐν in, ὑπέρ pro, διά prae, ἄνευ χωρίς sine, περί super, ὑπὸ sub, μέχρι tenuis; utriusque casus, in sub super subter, ut πρὸς Σακέρδωτα ad Sacerdotem, πρὸ τοῦ βήματος ante tribunal, περί τὴν σχολήν circa scholam, περὶ τὰ τεῖχη circum muros, ἐντός Ῥήνου cis Renum, κατέναντι τοῦ Τιβέρεως contra Tiberim, ἐντός ὄρου citra terminum, περὶ τὰ τέκνα erga filios, ἐκτός πόλεως extra civitatem, ἐντός τευχῶν intra muros, μεταξύ φίλων inter amicos, ἐγγύς τῆς βασιλικῆς iuxta basilicam, ὑπὸ τῇ πόλει infra muros, κατά πατροκτόνου in parricidam, διά τὴν ὀργήν ob iram, μετά χρόνον post tempus, δι' ἐκεῖνον propter illum, ὀπίσω ἐκεῖνου pone illum, παρεκτός ἐμοῦ praeter me, ὑπὸ τὴν κλίνην subtus lectum, ὑπὸ σκιάν sub umbram, ἐπάνω ἐπὶ τοῦ βουνοῦ super collem, ὑπέρ τὴν τύχην supra fortunam, πέραν τοῦ Τιβέρεως trans Tiberim, μέχρι θαλάσσης usque ad mare, ὑπέρ τὴν ἡλικίαν ultra aetatem; ablativi casus sunt, διά τοῦ πολέμου prae bello, χωρίς τοῦ παιδός sine puero, μέχρι ἥβης tenuis pube; communes, κατά πατροκτόνου in parricidam, ἐν ἀγρῷ in agro, εἰς ἀγρόν in agrum, περὶ Πριάμου super Priamo, ἐπάνω βουνοῦ super collem, ὑπὸ τῇ στέγῃ sub tecto, ὑπὸ τὴν σκιάν sub umbram. verbis autem aptantur hae, ἀπό as aspellere, διά di diducere, διά dis disicere, σύν co coemere, μετά con convertere, διά se discernere, μετά re revocare. inter eas quae accentu mutato in adverbia cadunt hae sunt, infra intra supra ultra citra circa iuxta contra subtus coram ante post. In praepositio significat modo id quod est valde et vim verbi cui praepositur auget, ut increpuit insonuit: Vergilius Turnus ut infractos adverso Marte Latinos . ^[35]

46 modo significat idem quod non et vim verbi imminuit, ut invalidus. ponitur et pro eo quod est inter, ut Penthesilea furens mediisque in milibus ardet <et> aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici . ponitur et pro adversus, ut quid meus Aeneas in te committere tantum et ipse deos in Dardana suscitavit arma . ponitur et pro modo qualitatis, ut quem pellis aenis <in plumam> squamis auro conserta tegebat et atque huic in faciem soror ut conserua Metisci . interdum et pro particula supervacua, ut nosco crines incanaeque menta regis Romani .

interdum qualitatem habet ad peius deteriusque tendentem, ut quam semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam ; non enim nullius formae significat, sed malae formae et quae vulgo dicitur deformis. item et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae . nam et hic non nullius, sed malae tempestatis dicuntur Graviscae. ponitur <et> pro qualitate ordinativa, <ut> cum dicimus ‘opus in dies crescit’, ut Vergilius inque dies avidae surgens caput altius effert . ponitur et pro spatio temporali, cum significat usque adhuc, <ut cum dicimus ‘a mane in noctem’, ut apud Vergilium felix si protinus illum aequasset nocti ludum in lucemque tulisset . ponitur et pro praepositione pro> , ut cum dicimus ‘hoc munus in magno habeo’ ut Vergilius quem Thracius olim Anchisae genitori in magno numere Cisseus, et Sallustius in I historiarum ‘ <ut> et facta in gloria numeret et, si liceat, avidius fecerit’. Sub praepositio significat modo supra, ut ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit et corpora saltu subiciunt in equos , id est supra iaciunt; modo infra, ut caudamque remulcens subiecit pavitantem <utero> silvasque petivit , et pedibusque rotarum subiciunt lapsus . ^[10]

47 significat et propter, ut quo deinde sub ipso ecce volat . ponitur et pro in, ut namque sub ingenti lustrat dum singula templo , id est in templo. Super praepositio modo ponitur pro de, ut multa super Priamo rogicans, super Hectore multa et haec super arborum <cultu> pecorumque canebam ; modo et pro <praepositione> pro, <ut> nec super ipse sua molitur laude laborem et nil super imperio moveor . ^[5]

48 et pro insuper et amplius, ut cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt , item ecce super maesti magna Diomedis ab urbe legati responsa ferunt ; et pro desuper, ut haec super e uallo prospectant omnia Troes et superque inmane baratrum cernatur . et pro superest, ut ille autem, neque <enim> fuga iam super ulla pericli et o mihi sola mei super Astyanactis imago . interdum et ultra significat, ut super et Garamantas et Indos proferet imperium. Pro praepositio significat porro, ut cum profundum dicimus pelagus, cum porro fundus sit, ut hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni radimus . ^[25]

